

OFFICIA PROPRIA
PATRONORVM
REGNI POLONIÆ,

Per R. STANISLAVM SOCOLOVIVM, Sere-
nissimi olim Stephani Poloniæ Regis Theo-
logum, Canonicum Cracouensem, ex man-
dato Synodi Petricouensis conscripta,

Auctoritate Illustrissimi Cardinalis
GEORGII RADZIVILI Episcopi
Cracouiensis edita.

Accessit huic editioni Officium Gratiarum actionis pro vi-
ctoria ex Turcis obtenta anno M. D. C. X. die
x. Octobris, à S. Rituum Congregatione recognitum,
& approbatum.



ANTVERPIÆ.
EX OFFICINA PLANTINIANA
ALTHASARIS MORETI.
M. DC. LXXXIII.



SI 1610

3514|k|84

KALENDARIVM PATRONORVM REGNI POLONIAE.

FEBRVARII.

- 6 Dorotheæ virg. & mart.
duplex. 5
MARTII.
- 1 A lbini Confess. & Pon-
tif. *duplex* in diœ-
cesi Gneznensi. *cum com-
memor* Feriæ, si occurrat
in Quadragesima. 5
- 4 Calimii Confess. *duplex.* 6
- 5 Translatio S. Venceslai mar-
tyris. *duplex, cum com-
memor* Feriæ. 7
- 9 Cyrilli & Methodij Pontif.
& confess. *semiduplex*. in
diœcesi Gneznensi: nam
quadraginta Martyrum
transfertur in sequentem
diem. 9
- 17 Gertrudis virg. *semiduplex*.
in diœcesi Gneznensi. 10

APRILIS.

- 23 A dalberti Episcopi &
matt. *duplex, cum Octauæ.* 11
- 24 Georgij martyris. *semidu-
plex, cum commemm.* Octauæ. 11
- 25 Marci Euang. *duplex, cum
commem* Octauæ. 14
- 26 Cleti & Marcellini. Pontifi-
cum & martyrum. *semidu-
plex, cum commemora-
tione* Octauæ. 14
- 27 De Octaua S. Adalberti. 15
- 28 De Octaua. *cum commem.*
S. Vitalis martyris, & no-
na Lectione. 15
- 29 Petri martyris. *duplex, cum
commem.* Octauæ. 17
- 30 Octaua S. Adalberti. *dupli-*

M A I I.

- 2 A thanasi Episcopi &
confess. *duplex, cum
commemor.* S. Sigismundi
Regis & martyris, &
nona Lectione: in Flocen-
si autem Ecclesia, S. Sigis-
mundi. *duplex.* 18
- 4 Floriani militis & martyris.
duplex, cum Octaua. 19
- 5 De Octaua. 22
- 6 Ioannis ante Portam Latia-
nam. *duplex, cum com-
memor* Octauæ. 23
- 7 De Octaua. 23
- 8 Stanislai Episcopi & marty-
ris. *duplex, cum Octaua.* 25
- 9 Gregorij Nazianzeni Epi-
scopi & confessoris. *du-
plex, cum commemratio-
ne.* Octauæ. 30
- 10 Appatitio S. Michaëlis Ar-
changeli. *dupl. cum com-
mem.* Octauatū, & SS. martyrum
Gordiani & Epi-
machi, ac nona de eisdem
Lectione. 30
- 11 Octaua S. Floriani. *duplex,*
alibi de Octaua sancti Sta-
nislai. 30
- 12 Nerei, Achillei, & Domitil-
lae virg. atque Pancratij
martyrum. *semidupl. cum
commemoratione.* Octauæ
S. Stanislai. 34
- 13 De Octaua S. Stanislai. 34
- 13 Seruatij Episcopi & confessi.
duplex, cum commemor.
Octaua S. Stanislai in diœ-
cesi Gneznensi. 36
- 14 De Octaua S. Stanislai. *cum
com-*

- 4
- commemorat** S. Bonifacij
martyris. 37
- 25 Octaua sancti Stanislai. **du-**
plex. 38
- I V L I I .**
- 23 **M** Argagitæ virg. & mart.
duplex, nam S. Ana-
cleti, **semiduplex**, transfe-
tur in 16. Iulij. 40
- 25 Divisionis Apostolorum. **du-**
plex. 41
- 16 Andreæ & Benedicti Polo-
norum Martyrum. **du-**
plex, in dieceſi Gnezen-
ſi; sancti Anacleti autem
die ſequenti. 43
- A V G U S T I .**
- 16 **H** Yacinthi. Confeff. **du-**
plex. **cum commo-**
morat. Octauæ Aſſumpt.
B. Mariæ Virginis. 44
- S E P T E M B R I S**
- 24 **T** Hyſti, Palmatij & fo-
ciorum martyrum. **du-**
plex, in Vladislauienſi die-
ceſi. 45
- 27 Translatio sancti Stanislai.
duplex. 46
- 28 Venceſlai mart. **dupl. cūm**
Octaua in Cathedrali præ-
fertim Cracouienſi Eccle-
ſia, alibi ſine Octaua. 46
- 29 Michaëlis Archangeli. **du-**
plex 47
- 30 Hieronymi Presbyteri con-
fess. & Doct. **duplex cum**
commemoratione Octauæ
sancti Venceſlai. 47
- O C T O B R I S .**
- 1 **C** Oſmæ & Damiani mar-
tyrium. **semidupl. cum**
commemor Oct. & S. Re-
migij Epifcopi & confeff.
cum nona Lectione. 47
- 2 De Octaua S. Venceſlai. 47
- 3 De Octaua S. Venceſlai. 47
- 4 S. Francisci Confeff. **duplex**.
cum comit Octauæ. 48
- 5 Oct. S. Venceſlai **duplex** 48
- 10 Officium Graiarum aſto-
nis pro victoria ex Turcis
obtenta. 49
- 15 Heduigis viduæ. **duplex** 54
- N O V E M B R I S**
- 12 **B**enedicti, Ioannis, Mat-
thæi, Ilaaci atque Chri-
ſtini fratrum martyrum.
duplex, nam S. Martini
Papæ & martyris, **semidu-**
plex, transfertur in ſequen-
tem diem. 55
- 19 Elisabeth viduæ. **dupl. cūm**
commemoratione S. Pon-
tiani, & nona Lectione. 57



OFFI-

OFFICIA PROPRIA PATRONORVM REGNI POLONIÆ.

DIE VI. FEBR VARI.

Sanctæ Dorotheæ virginis &
martyris. Duplex.

Oratio.

Indulgentiam nobis, quæsumus Domine, beata Dorothea virgo & martyris imploret: quæ tibi grata semper extitit & merito castitatis, & tuæ professione virtutis. Per Dominum.

In primo Nocturno, Lectio de Scriptura occurrenti.

In secundo Nocturno.

Lectio iiiij.

Dorothea virgo, ex Cæsarea Cappadocia; propter Christi confessionem ab Apricio preside comprehensa, Crystæ & Callistæ fororibus, quæ à fide defecerant, tradita est, ut eam à proposito remouerent. Sed contraria factum est: nam eas Dorothea ad cultum Christianæ religionis reduxit, propter quam eriam martyrium suscepserunt. Quare virgo equuleo diu torta, & palmis cæsa, ad extremum capitis damnata, duplicatam virginitatis & martyrij palmarum accepit.

¶ Propter veritatem.

Sermo S. Ambrosij Episcopi.
Lib. i. de Virginibus, circa init.

Lectio v.

Quoniam hodie natalis est Virginis, inuitat nunc integratæ amor, ut aliquid de virginitate dicamus: ne veluti

transitu quodam præstricta videatur, quæ principalis est virtus. Non enim ideo laudabilis virginitas, quia in martyribus reperitur: sed quia ipsa martyres faciat. Quis autem humano eam possit ingenio comprehendere, quam nec natura suis inclusit legibus? aut quis naturali voce complesti, quod supra vsum naturæ sit: è celo accersuit quod imitaretur in terris. Nec immensitudo viuendi sibi vsum quæsiuit è celo, quæ sponsum sibi inuenit in celo.

¶ Dilexisti iustitiam.

Lectio vij.

Hæc, nubes, ætra, Angelos, sideraque, transgrediens, Verbum Dei in ipso sinu Patris inuenit, & toto hausit pectore. Nā quis tantum, cum inuenerit, relinquit boni? Vnguentum enim exinanitum est nomen tuum: propterea adolescentula dilexerunt te, & attraxerunt te. Postremo non meum est illud, quoniam quæ non nubunt, neque nubentur, erunt sicut Angeli Dei in celo. Nemo ergo miretur, si Angelis comparentur, quæ Angelorum Domino copulantur.

¶ Afferentur Regi.

In tertio Nocturno, Homilia in Euangel. Simile est regnum celorum thesauro. ut in Communi nec virginis nec martyris. ¶ vij. Hæc est virgo sapiens. ¶ viii. Media nocte de Communi Virginum.

S. Albini Confessoris & Pontificis.

DIE I. MARTII.

In Gneznensi diœcesi S. Albini
Confessoris & Pontif. Duplex.

Oratio.

V. Otiua, quæsumus Domine,
nos beati Albini confessoris
tui atque Pontificis natalitia re-
staurent, & ad omne bonum
tua gratia faciant propensiores.
Per Dominum nostrum.

Le^tio iiiij.

B^ratus Albinus in Venetica
regione Galliæ, Oceano
Britannico finitima, natus
est. Adolescentis pietatis &
religionis amore feruens, relictis
parentibus, in Cincinnatense co-
nobium se contulit, vitamque
ibi mostasticam professus est. In
Abbatis sui monasterio ruri ma-
xima tempestate aliquando de-
prehensus, sub te^ctem cuiusdam
casæ confugit: quod cum vnde-
que perflueret, ceteris qui ade-
rant madefactis omnibus, solùm
Albinum ne gutta quidem villa
pluviæ attigit.

v. Inueni Dauid. Le^tio v.

A^rbatis deinde officio egre-
giè vigintiquinque annis
functus est. Cuius virtutibus
permotus Andegaui populus,
dum pastore interim orbatus es-
set, vnanimi eum consensu le-
git Episcopum. Quem honorem
consecutus, totum se in alendis
pauperibus, visitandis ægris, in-
opibus defendendis, redimen-
disque captiuis dedit. In quo
pietatis occupatus obsequio,
apud Seginam vicum adolescen-
tem mortuum, Malabaudum no-
mine, reuocauit ad vitam: Mau-
ritilio cui exco visum restituit:
aliaque multa stupenda opera-
tus est, ut merito apud Hilde-
bertum Regem Ostrogothorum
in maximo esset pretio.

v. Posui adiutorium.

Le^tio vi.

A^rNnis viginti, vel pluribus in
Episcopali cura exactis, de-
nique cum impletet annorum
octoginta ætatis numerum, vi-
bus corporis destitutus, spiritum
Deo reddidit. Cuius sepulchrum
postea, præsentim in translatio-
ne corporis, multis miraculis
Deus illustravit, duobus cæcis
visu redditio, tribusque paraly-
ticis sanitati restitutis. Vixit eo-
dem tempore, quo sanctus Cæ-
sarius Arelatensis Episcopus,
cum Ostrogothi magnum Gallicæ
partem obtinerent.

v. Iste est qui ante.

DIE IIII. MARTII.

In festo sancti Casimi.

Confessoris.

Duplex per Polonia Regnum
& magnum Lituaniæ Ducatum,
aliasque Provincias ipsorum
sceptris parentes.

Omnia de Communi Confes-
soris non Pontificis, præter ea
que h^ec habentur. Oratio.

D^rEUS, qui inter Regales deli-
cias, & mundi illecebras,
sanctum Casimîrum virtute con-
stantiæ roborasti: quæsumus,
ut eius intercessione fideles tui
terrena despiciant, & ad cœle-
stia semper aspirent. Per Dñm.

Deinde fit commemor. Feriæ;
si in Quadragesima venerit.

Postea S. Lucij Papæ & mar-
tyris, Aña. Iste sanctus pro lege
Dei sibi certauit vique ad mor-
tem, & à verbis impiorum non
timuit: fundatus enim erat su-
pra firmam petram. v. Gloria
& honore coronasti eum Domi-
ne. v. Et constituesti eum su-
per opera manuum tuarum.

Oratio.

D^rEUS, qui nos beati Lucij
martyris tui atque Ponti-
ficis annua solemnitate lœti-
cas:

In festo S. Casimi Confessoris.

cas: concede propitiū; vt cuius natalitia colimus, de eiusdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominum.

In primo Nocturno, si veniret in Quadragesima, Lectio, Iustus, si morte præoccupatus fuerit. de Communi Confessis non Pontificis, alias de Scriptura occurrente.

In ii. Nocturno. Lectio iiiij.

Casimirus, patre Casimiro, matre Elisabetha Austriaca; Poloniae Regibus ortus, à pueritia sub optimis magistris, pietate, bonis artibus instrutus, iuueniles artus aspero dɔmabat cilicio, & assiduis extenuabat ieiunijs. Regij spreta lefti mollitie, dura cubabat humo, & clām intempesta nocte, præ fortibus templorum pronus in terra diuinam exorabat clementiam. In Christi contemplanda passione assiduus, Missarum solemnijs adēd erecta in Deum mente solebat adesē, vt extra se rapi videretur.

R. Honestum fecit.

Lectio v.

Catholicam promouere fidem summopere studuit, & Ruthenorum schisma abolere: quapropter Casimirum patrem induxit, vt legem ferret, ne schismati noua templa construerent, nec vetera collabentia restaurarent. Erga pauperes & calamitatibus oppressos beneficus & misericors, Patris & Defensoris egenorum nomen obtinuit. Virginitatem, quam ab incunabulis seruauit illasam, sub extremo vite termino fortiter asseruit, dum graui preslus infirmitate, mori potius, quam castitatis iacturam ex Medicorum consilio subire constanter decreuit.

R. Amauit eum.

Lectio vi.

Consummatus in breui, virtutibus & meritis plenus, prænuntiato mortis die, inter Sacerdotum & Religiosorum chorus spiritum Deo reddidit anno ætatis vigesimoquinto. Corpus Vilnam delatum multis claret miraculis. Etenim, præterquam quod puella defuncta vitam, cæci visum, claudi gressum, & varij infirmi sanitatem ad eius sepulchrum recuperarunt; Lithuaniae exiguo numero ad potentissimi hostis insperatam irruptionem trepidantibus in aëre apparens, insignem tribuit victoriā. Quibus permotus Leo Decimus eudem Sanctorum catalogo adscriptis.

R. Ille homo perfectus.

In tertio Nocturno, Homilia in Euang. S int lumbi vestri de Communi Confess. non Pontif.

Nona Lectio de Homilia Fe-
riæ occurrentis.

DIE V. MARTII.

Translatio S. Venceslai martyris. Duplex. cum commem. Feriæ.

Omnia de Communi vniuersalitatis Martyris, præter hac quæ affi-
gnantur.

Oratio.

Deus, qui beati Venceslai nobilitatem in meliorem mutasti dignitatem, & eum per martyrij palmam ad cælestem perduxisti gloriam: eius precibus nos, quæsumus, ab omni aduersitate libera, & æternæ beatitudinis concede perfici gloria. Per Dominum,

Lectio primi Nocturni. Fecas-
tres, debitores sumus. de Com-
muni plurimorum Mart.

In ii. Nocturno. Lectio iiiij.

Venceslaus Dux & martyr Boemiarum, patre Christiano Borziuio, Principe Boemiarum, & matre Drahomira

gentili natus, ad educantium auiax feminæ sanctæ Ludimilæ à patre traditus, ab ea sic in omni pietate & vita integritye institutus est, ut primam virginitatem, eam quam ex utero matris suæ exportauit, perpetuò conseruaret: cuius custodes alias amplissimas virtutes, charitatem, humilitatem, modestiam, verecundiam, & orandi perseverantiam, adiunxerat. Cui eidem auiax, tanti viri alumnae, pater eius moriens, omnem gubernationem regni commisit: cùm Venceslaus adolescens ad Reipublicæ regimen nondum maturus esset, mater autem impie & crudeliter cum iuniore filio Boleslao viueret, ac infideles ambo more infidelium dominarentur. Offensa ea re Drahomira, furere coepit, ac vitæ Ludimilæ insidiari. Quam ad extremum, submissis duobus sicarijs, magis scelere quam genere nobilibus, per summum scelus interfecit: ipsa summa terum cum improbo filio potita est, grauis suis, molesta omnibus, Christianis inimicissima.

B. Honestum fecit.

Lectio v.

CViis iniustum & potentem dominatum, dum amplius Boëmi perfere non posunt, Pragæ Venceslaum iam adulterum iuuenem in Regem eligunt, illaque habenas imperij committunt. Quod ille plus ieunio, orationibus, cilicio, ac alijs pijs operibus rexit, quam imperio: illud plane occinens, Septies in die laudem dixi tibi super iudicia iustitiae tuæ. Fuit hic in eo ardor orationis, quod summa hieme nonnumquam ex pedibus eius sanguis effluxerit: ac ex vestigijs ipsius aliqui incar-

uerint. Aggressus hunc regnumque eius erat Dux Curimensis. Radislaus: cumque multa frustra tentasset, ad extremum, ipsum ad singulare certamen prouocauit. Suiccepit magno animo conditionem magnus Princeps, vita sua suorum salutem representare volens: verum Deus ipse crudelis pugnæ direptor fuit. Dum enim vir sanctus prælumingressurus equum consenserit, aduersarius eius animaduerit illi ab Angelo hastam porrigi, se vero ea voce moneri: Ne feri. Quare perterritus, ex equo desiliit, ad pedes Sancti veniam petens procidit: quem ad pacandum, quam ad ylciscendum paratiorem inuenit.

B. Desiderium.

Lectio vi.

INuidit & genti & Principi eam felicitatem generis humani hostis: impiam matrem, alteram Attaliam, in furias vertit. Haec filium suum fratri Venceslai male germanum stimulat, de regno cogitet, fratrem de medio tollat. Suscipit malum semen, improbus ager: in eadem fratris totus effunditur: quem ad funeris conuiuum vocat. Non recusat iustus Abel, nec inscius, nec inuitus: Sacramentis se præmunit. Post fraternalm & hospitalem natalis filij mensam, proxima nocte ante templum orans cæditur: fit Deo gratissima hostia. Nec diu tamen exultauit scelus in victoria: nam & matrem non ita multum post in arce Pragensi terra absorpsit viuam, & filius non diu gessit principatum fratri sui sanguine comparatum. Alij per dæmones exagitati, umbram suam timentes se se præcipites in flumen derunt, submersique sunt. Sanguis.

gñis quidem iusti Abel qui hora passionis multus fuit effusus, ad Deum sancte clamans, multis & iteratis conatibus non potuit aboleri. Tu autem.

B. Stola iucunditatis.

In iiiij. Nocturno. Homilia in Euang. S i quis vult post me venire. de Communi vnius mart.

D I E I X. M A R T I I.
In diœcesi Gneznenti SS. Cytilli & Methodij Pontif. &
Confes. Semiduplex.

Oratio.

O Mnipotens septerne Deus, qui nos per beatos Pontifices & confessores tuos, nostrosque patronos, Cytilum & Methodium ad unitatem fidei Christianæ vocare dignatus es, praesta quæsumus, ut qui in præsenzi eorum festivitate lætamur, ipsorum etiam meritis gloriam consequiri mereamur æternam. Per Dominum nostrum.

Ex Annalibus varijs.

Lectio iiiij.

S Ancti Confessores & Pontifices Cytilus & Methodius fratres, Constantini Thesalonicensis, cognomento Philosophi, cuius Constantiopolitani erant filii. Cum adolescenti, Presbyteratus Ordinem Constantiopolis consecuti, gentium Slavinarum primi doctores, virisque Apostolici facti sunt Cytilus Gazaros, magnam Slavinarum gentem, qui tum Tauricam peninsulam vicinasque regiones incolebant, à Michaële Imperatore missus, ad Christi fidem conuerit. Chersonesum Heracliam eius peninsula cuitatem Græcam cum accessisset, dumque ibi primum Gazarorum linguam disceret, sancti Clementis Pontificis Romani corpus, cum anchora ei-

dem alligata, in vicino mari temploque marmoreo inuenit. Quod acceptum dum secum circumferret, magna miracula Deus passim per illud operatus est.

B. Inueni Dauid.

Lectio v.

C Onstantinopolim cum rediisset Cyrilus, denuo à Suatopligo rege Moraujæ ad Imperatorem venit legatio, petente Cytilum sibi mitti, eiusdem religionis docendæ gratia. Aslumpto igitur fratre Methodio, longum iter ingressus, ad Volgaros Danubij accolas primum diuertit: eis itidem fidem Christi, sacrasque Litteras in eorum linguam conuersas tradidit: eas videlicet, quibus non tantum omnes Volgarorum populi, sed multæ quoque aliae vntuntur nationes, quæ lumen fidei à Volgaris mutuata sunt.

B. Posui adiutorium.

Lectio vi.

A D Morauos deinde ambo, non sine corpore sancti Clementis, perueniunt: Suatoplugum regem, Velogradi sedem habentem, cum sua gente baptizant: quin & Boëmizæ Ducem Boriuojum, cum sua vxore sancta Ludimila, eodem facto lauacro tingunt. Archiepiscopus Velogradi Cytilus ordinatur: cui adduntur, in amplio Suatoplugi regno, septem alij suffraganei Episcopi. Fundatis tandem ecclesijs, & Christi opere perfecto, sancti Clementis corpus Romam deferunt: & à Nicolao Primo Pontifice impetrant, ut gentibus à se baptizati lingua vernacula obire sacra liceret. Quod diuino responso approbatum esse fertur: ut omnis spiritus laudaret Dominum.

B. Iste est qui ante Ucum.

S. Gertrudis virginis.

DIE XVII. MARTII.

In diœcesi Gneznensi S. Gertrudis virginis. Semiduplex.

Oratio.

Indulgentiam tuam nobis, quæsumus Domine, beata Gertrudis imploret, quæ tibi grata semper extitit & merito castitatis, & tuæ professione virtutis. Per Dominum.

Lectio iiiij.

Ex Ioanne Melano & Laur. Surio.

Sancta Gertrudis virgo clarissimis parentibus, patre Pipino Magno Regis Franciæ Procuratore domus, matre vero Itta, femina pudicissima sanctaque nata fuit. Modestiam & humilitatis virtutem à prima etate ita coluit, ut ancillis suis se ministram ancillamque præstaret. Rex Dagobertus cum eam Ducas Austrasiæ filio, qui tum in comitatu eius erat, uxorem postularet; virgo respondit, Se neque hunc, neque mortaliū quemquam, sed solum Christum Deum sponsum habere velle. Iuuenis ille repulsam passus, cum nihilominus à proposito non desisteret, virgo sancta, parentum auxilio in orientalem Franciam cum Atalango presbytero & Bernardo diacono profugit: ibique in loco, qui Catoli mons nominatur, per diuinam reuelationem, corpora sanctorum martyrum Kiliani & sociorum ejus inuenierunt.

¶. Propter veritatem.

Lectio v.

Pipino patre, simul & iuueni illo proco mortuis, beata Gertrudis ad matrem rediit: domum suam in monasterium Sanctimonialium, Amando Episcopo adiutore, conuerterunt. Et ne Gertrudis à quibusquam procis amplius pateretur insi-

dias, mater ipsa filiæ capillum abscidit. Quæ aliquanto post inter virgines, suscepto velamine, consecrata est. Post obitum matris cum ipsa monasterij curam suscepisset, vt liberiùs Deo seruire, sacrisque studiis vacare posset, eam exemplo Mosis diuisit in plures. Interim non solum in sacrarum litterarum scientia, sed in spiritualibus quoque virtutibus ita profecit, vt à fororibus lux aliquando sphæra igneæ super eam irradiare sit visa. Nuntios quoque suis in mari periclitantes, inuocata, licet absens corpore, liberauit. Ad hæc, beati martyris Foillani corpus, indicio supernæ reuelationis, ipla meruit inuenire.

¶. Dilexisti iustitiam.

Lectio vij.

Cum diuino spiritu se moriti proximam esse cognovisset, vt reliquum trium mensum tempus in opera pietatis, & beatæ vitæ studium, sanctius expenderet, omnem monasterij curam Volfetrudi cognatae sive tradidit. Sepulturam qualēm habere vellet, omni pompa vacuam, ordinavit: corpus tantum cilicio, quo vii consuebat, caput autem vili quodam velo, à sacra quadam virgine donato, tegi voluit. Deinde a sancto Ultano monacho de die obitus sui facta certior, anno ætatis sive trigesimo tertio, sumpto sacratissimi Corporis viatico, animam suam creatori Deo reddidit: beato Patricio cum sanctis Angelis illi, vt vates Ultanus predixerat, occurrente. Eadem enim dies, nempe Martij decima septima, sancto Patricio Hibernorum Apostolo iam pridem erat sacra.

¶. Adducentut Regi.

In festo S. Adalberti Regni Poloniæ Patroni.

11

In tertio Nocturno. Homilia
in Euangeliū. Si simile erit re-
gnū cælorū decem virginis
bus de Communi Virginum
DIE XXXIII. APRILIS.
In festo sancti Adalberti Epi-
scopi & martyris, Regni
Poloniæ Patroni.

Duplex.

Ad Vesperas, Antiphona. San-
cti tui Domine, cum reliquis de
Communi Martyrum Tempore
Paschali. Psalmus. Dixit Domini-
nus, cum reliquis de Dominica:
& loco ultimi, Psalm. I au-
date Dominum omnes Gentes.
Capitulum. Statunt iusti. Hym-
nus. Deus tuorum militum.
¶ Sancti & iusti.

Ad Magnificat, Antiphona.
Magnificet te Domine, tuo re-
dempta sanguine Christiana læ-
tabunda plebs, annua Adalberti
votiva celebrans solemnia: cu-
ius morte pretiosa, deuota pro-
mit gaudia, ut per eius suffra-
gia tua impetrat beneficia, al-
leluia.

Oratio.

T Vam nobis indulgentiam,
quæsumus Domine, beatus
Adalbertus Episcopus & martyr
imploret, ut & delicta nobis
clementer ignoscas, & benefi-
cia desiderata concedas. Per
Dominum nostrum.

Ad Matutinum, Inuitatorium,
Hymn. Antiphonæ, Psalmi, &
omnia alia dicuntur de Com-
muni Mart. tempore Paschali:
exceptis his, quæ hic assignantur.

In primo Nocturno, Lectio-
nes de Communi ynius Marty-
ris. A Mileto. ¶ Beatus vir. &c.

In secundo Nocturno.

Lectio iii.

A Dalbertus Boëmus Epi-
scopus & martyr incli-
tus, patre Slaunico, Libi-
ensi Comite, & matre Strezy-

Iaua, nobilissimis parentibus
natus, vir spiritu & gratia A'po-
stolica prædictus, planeque ipse
Apostolicus, in illud tempus di-
uina voluntate incidit, quo Sla-
uis adhuc in regione vmbriae
mortis habitantibus, sol Euani-
gelijs oīri cœpit. Puer, periculoso
morbo oppressus, Deo matri-
que eius dicatur. Quem non
prius parentes domo emittunt,
quam totum Psalterium memo-
ria teneret.

¶ Lux perpetua.

Lectio v.

M Agdeburgensi deinde Epi-
scopo educandus datut.
Quem ille cum ob eximiam in-
dolem, tum ob egregium in
studiis profectum complexus,
tantum adamauit, ut ei pro
Voiecho populari nomine, no-
men suum Adalberti in Confir-
matione imposuerit. Nouem to-
tos annos magna constantia ibi-
dem commoratus, ob insignes
tandem virtutes, summumque
pietatis studium, post mortem
Ditinati Pragensis Episcopi, vna-
nimi totius populi consensu:
Principis voluntate, Ottonis Im-
peratoris approbatione, solis
demoniis reclamantibus, Epi-
scopus designatur. Pragam vili
& simplici equo, & freno ca-
nabeo venit: ac post pedibus
Cathedram suam adit.

¶ In seruis suis.

Lectio vi.

I N Episcopatu ita se gerit.
Quarta parte prouentuum
Episcopus, more veteri, conten-
tus fast. Mensa eius duodecimi
pauperes alebat temper. Meti-
dies prandentem (præter dies
festos) media nox dormientem
numquam vidit. Lectus honeste
stratus; somni tamen locus hu-
mus, & subiectus capiti lapis

6 . . erat.

In festo S. Adalberti Regni Poloniz Patroni.

erat. Summa & argumentum vita: piè seuerus, & grauiter mitis fuit. In qua cælesti & angelica vita, illud virum sanctum torquebat: post tot labores suos, Pragenses nihil proficere, sed magis in deterius abire: clerum, contra omnem veterem disciplinam, ab vxoribus abstinerre nolle: ciues incestu ac pluralitate vxorum se contaminare: Christianosque Iudæis inferiutem venumidari. Fugiebat somnus ab oculis boni pastoris: cùm præsertim in somnis illi Christus apparuisset illa forma, qua ludæis aliquando à Iuda venditus erat.

P. Filiae Ierusalem.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Euangelij secundum Ioannem.

Lectio vij. Cap. 10 b

IN illo tempore: Dixit Iesus Pharisæis: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Et reliqua.

Homilia S. Gregorij Pape.

Homilia 17. in Euangelia.

Est aliquid, fratres charissimi, quod me de vita pastoris vehementer affigit. Ad exteriora enim negotia delapsi sumus; & aliud ex honore suscipimus, atque aliud ex officio actionis exhibemus. Ministrium prædicationis relinquimus, & ad pœnam nostram, ut video, Episcopi vocamur, qui honoris nomen non virtutis tenemus. Relinquunt namque Deum hi, qui nobis commissi sunt, & tacemus: in prauis actionibus iacent, & correptionis manus non tendimus: quotidie per multas nequitias perirent, & eos ad infernum tendere, negligenter videmus.

P. O quam prædicanda & lau-

danda in sancto Adalberto excellentia cælestis gratia radiat, cùm & in auro sit teneriore,

* Et in diuino sacerdote sancto martyre, Deo munus acceptabile, alleluia. ¶ Fit in pueroblatio, sacrificium in Præule, holocaustum in martyre. Et in diuino.

Lectio viii.

Sed quomodo nos vitam corrigeremus nostram? Curis enim seculatibus intenti, tantò intensibiores intus efficimur, quanto ad ea, quæ foris sunt studiores videamus. Vsu quippe curæ terrenæ, à cælesti desiderio obdurescit animus: & dum ipso suo usu durus efficitur, per actionem sacruli, ad ea emolliri non valet, quæ pertinent ad chatitatatem Dei. Vnde bené sancta Ecclesia de membris suis infirmantibus dicit: Posuerunt me custodem in vineis: vineam meam non custodiui.

P. Alme Präful, & beate Dei martyr Adalberte confer opem petentiibus, tuis sanctis precibus, mala pelle, bona posce.

* **P**ræsta pacis incrementum, confer vita gaudia; alleluia. ¶ **V**t sub tuo protecti patrocinio, gloriemur in laude Dei perpetuæ. Præsta pacis. **G**loria Patri. Præsta.

Lectio ix.

Considerate ergo, quid degribus agatur, quando pastores lupi fiunt: hi enim custodiā gregis suscipiunt, qui insidiari gregi Dominico non metuent, contra quos greges Dei custodire debuerant. Nulla animalium lucra querimus, ad nostra quotidie studia vacamus: terrena concupiscimus, humana gloriam intenta mente captamus. Et quia eo ipso, quo ceteris prælati sumus, ad agenda

dā quālibet maiorem lice tiam habemus, suscep̄tæ benedictio- nis ministerium vētimus ad ambitionis argumentum. Dei causam relinquimus, ad terrena negotia vacamus. Locum san-ctitatis accipimus, & terrenis actibus implicamur. Impletum est in nobis profectō quod scriptum est: Et erit sicut popu- lus, sic sacerdos. Tu autem.

Te Deum laudamus.

In secundis Vesperis, A. f. a. San- eti tui Domine, cum reliquis de Co[m]muni Martyrum tempore Paschali.

Ad Magnificat, Antiphona.

Per merita sancti Adalberti, Christe nos exaudi: atque eius precibus, nobis succurre mis- tris, alleluia.

A. uæ Lectiones secundi No- cturni, locis extraneis conve- nientes, vbi hoc Festum sine Octaua celebratur.

Lectio iiiij.

A Dalbertus Episcopus Præ- gensis, in Boémia nobilissi- mis parentibus, Slaunico Libe- censi Comite, ac Strezyflava na- tus, Voitechus anteā patrio ser- mone dictus fuit: ab Episcopo autem Magdeburgensi Adalber- to, apud quem deinceps piè ac honestissimè educatus est, alterum nomen accepit. Postquam Dirmaro in Episcopatu Pragensi successit, cùm sanctissimè in magna vitæ continentia, piera- te, pauperumque cura gessit. Propter contumacis tamen po- puli grauia peccata, deferere il- lum coactus, sedem Apostolicam hac de te consulturus, in Ita- liam se contulit.

R. Lux perpetua. Lectio v.

P Eregrinatione Ierosolymita- na, quam instituerat, intermis- sa, Romæ Leoni Abbatii san-

cti Bonifacij commendatur. Ibi cùm in religiosa vita quinquen- nium exegisset, à Pragensibus pertæsis orbitatis denuo reuocatur. Principis ipsius & Archiepiscopi Moguntini nuntiis precib[us] que exoratus Pontifex, redire Adalbertum ad suos iubet. Recipiunt leti reducem: non diu tamen illi obtempe- rant: sacras enim ædes inua- dunt, sotiesque qui ad illas confugerant, per vim erectos interficiunt. Iterum illos deserit Adalbertus; animoq[ue] ad con- uertendas gentes alias, & ad martyrium destinato, vt bene- dictiōnem tamen sedis Aposto- licæ obtineat, Romanam reuer- titur.

R. In seruis suis.

Lectio vi.

D Enuò Pragenses & Mogun- tinus Adalbertum repe- tunt. Cumq[ue] iuslū Pontificis iterum ad illos rediret, tres fra- tres suos ab eis cœlos esse cog- noscitur. Pragensis ergo viam præclusam sibi, menteq[ue] illo- rum à se alienatas esse videns, Deo gratiis actis, conuertendi gentes, quod Romanus Pontifex probauerat, institutum suum prosequitur. Hungariam cum Rege Geiza, eti[que] filio san-cto Stephano in fide Christi con- fitmat: Poloniā vicinā, cog- natamq[ue] Boémis suis gentem, salutaribus præceptis copiosius instruit. Post triennium autem Radzino fratre in Archiepi- copatum Gneznensem suffecit, ipse in Prussiam, idolis adhuc & dæmonibus seruientem, profici- scitur Ibi dum religionem Chri- stianam disseminaret, apud Fis- hausum, sinus Venetici oppi- dum, inter sacrificandum con- fossus, & in partes disiectus est.

Infra Octauam S. Adalberti.

Corpus eius à Boleslao Chabro Principe Poloniæ posteà redemptum, & in Tresmeisni Monasterio priùs, deinde Gnezznam Metropoli honorifice translatum est. **¶** Filiæ Ierusalem.

DIE XXIII. APRILIS.

S. Georgij mart. Semidupl.

DIE XXV. APRILIS.

S. Marci Euang. Duplex.

DIE XXVI. APRILIS.

SS. Cleti & Marcellini Pont.

& martr. Semiduplex.

DIE XXVII. APRILIS.

Quinta die infra Octauam sancti Adalberti.

In primo Nocturno leguntur Lectiones de Scriptura occurrenti.

In secundo Nocturno.

Lectio iiiij.

Qui cùm vniuersam diuinam Pauli in curandis illis medicinam, prædicandi, instandi, aiguendi, increpandi, obsecrandi, satanæ tradendi consumplisset, nec profecisset tamen quidquam, de seipso sollicitus esse ccepit. Gregem igitur Deo, summo pastori, & Principiis filio Strachiquaso Monacho commendat: ipse Ierosolymam peregrinationem suscipit. Neque priùs tamen, quād ad commune illud Christiani orbis Orationem sedem Apostolicam veniret, ex cuius auctoritate omnia se velle facere constituerat.

¶ Lux perpetua. Lectio v.

Consilia interim multa vnde colligit: ad montem Cassinum venit: voluntatem & institutum suum Patribus illius loci proponit. Suadent illi, vt quietam potius & pacificam vitam in uno loco transfigat, quād istam incertam & multis periculis obnoxiam. Confirmat hoc idem consilium sanctus Nilus

Græcus, instituta S. Basilij secundus. Romam eum redire iubet, Leonique Abbatii sancti Bonifacij Romæ commédat. Vbi quinquennium totum in omni charitate, humilitate, obedientia, meditatione, miraculis clarus commoratur: nullum tam vile in eo loco munus ac feruile arbitratus, quod non libenter ac sponte obiret.

¶ In seruis suis. Lectio vi.

Petræ tandem orbitatis suæ Pragenses, & ipse Princeps, ad Archiepiscopum Moguntinensem duos Monachos, Papatem Christianumque mittunt, Adalbertum Episcopum suum repetunt, omnem emendationem vitæ pollicentur. Mittit cum ijsdem nuntijs Romam ad Pontificem Archiepiscopum; Pontifax Adalbertum ad suos redire iubet. Qui cùm ad quoddam Boëmiæ oppidum die Domini peruenisset, ibique frequentes nundinas & mercatum offendisset: Hæc est, inquit, illorum emendatio? Pergit tandem ultra.

¶ Filiæ Ierusalem.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Euangeli secundum Ioannem.

Lectio viij. Cap. 10. b
In illo tempore: Dixit Jesus Pharisæis: Ego sum pastor bonus. Bonus pâstor animam suam dat pro ouibus suis. Et reliqua: Homilia S. Bernardi Abbaris.

Serm. 76. super Cant.

Non otiose toties repetitum est: Petre amas me, in commissione ouium. Et ego quidem id significatum perinde puto, ac si illi dixisset Iesus: Nihil testimonium tibi perhibente conscientia, quod me ames, & valde perfecteque ames, hoc est,

Infra Octauam S. Adalberti.

est, plus quam tua, & plus quam tuos, plus quam & te, ut huius repetitionis meæ numerus impletatur, nequaquam suscipias curam hanc, nec te intromittas de ouibus meis, pro quibus sanguis vrique meus effusus est.

R O quam prædicanda. 12.

Lectio viii.

T Eribilis sermo, & qui possit etiam impauida querumus tyrannorum corda concutere. Propterea attendite vobis, quicumque opus ministerij huius fortiti estis: attendite, inquam, vobis, pretioso deposito, quod vobis creditum est. Ciuitas est, vigilate ad custodiā concordiamque. Sponsa est, studete ornatui. Oues sunt, intendite pastui. Et haec tria, ad illum Domini trinam sciscitationem, forte non incongrue pertinere diceatur.

R Alme Præsul. 12.

Lectio ix.

P Orrò custodia ciuitatis ut sit sufficiens, trifaria erit, à vi tyrannorum, à fraude hereticorum, à temptationibus dæmonum: Sponsæ verò, ornatus in bonis operibus, & moribus, & ordinibus. At pastus ouium, communiter quidem in pascuis scripturatum, tamquam in hereditate Domini: sed est distinctio in illis. Nam sunt mandata, quæ duris atque carnalibus animis imponuntur, ex lege vite & disciplina. Et sunt olera dispensationum, quæ infirmis & pusillis corde, de respectu misericordia, apponuntur. Et sunt consiliorum solida fortiaque, quæ ex intimis sapientiæ proponuntur sanis, & qui exercitatos habent sensus, ad discretionem boni & mali.

T e Deum laudamus.

DIE XXVIII. APRILIS.

Sexta die infra Octauam sancti Adalberti.

S. Vitalis mart. commemoratio.
A nna. Lux perpetua. Sancti & iusti. **O**ratio. **P**reesta quæsumus.
In j. Nocturno leguntur Lectio-nes de Scriptura occurrenti.

In secundo Nocturno.

Lectio iiiii.

E ffunditur urbs in amplexum Præsulis sui: patrem suum submissè veneratur. Sed non diuturnum fuit hoc gaudium: subito ad idem voluntarium redeunt. Quos vir sanctus tamdiu sustinet, dum à sacratum ædium violatione conseruerent: at ubi eas inuadi, ac fontes, qui illuc tamquam ad sanctissimum locum confugiebant, per vim rapi videt, amplius sibi frustra non esse laborandum constituit: planeque Apollolico spiritu incitatus, de gentium conuersione cogitare incipit, Hungarorum, inquam, Præsorum, & Lituaniorum, expeditiorem hanc viam ad martyrium ratus. Neque tamen id sine voluntate & benedictione Sedis Apostolicæ facere voluit. Ro nam igitur iterum venit.

R Lux perpetua. **Lectio v.**

S Ed Moguntinus Episcopum suum repetit Pontifex Adalbertum solatür, ac ea lege Pragam redire iubet, si Pragenses patrē voluerint; alioquin institutum gentium conuertendarum uirgere iuber. Paret anima patrē consueta. Inuisendorum Martyrum causa, in Comitatu Ottonis, qui tum in Galliam reuertebatur, proficisciatur; magno Imperatoris fructu & ædificatione: quem in eodem etiam cubiculo secum vir magnus noctu esse volebat. Aulicos do-

atrina

Etina & exemplò edocet. In itinere de noua in se Pragensium iniuria cognoscit, tres scilicet, fratres suos ab illis esse caesos. Ut autem melius de tota causa instrueretur; ad probandum erga se Fragensium voluntatem mittit. De qua cum nihil sani cognouisset, Deo gratias egit. Dauidico illo vsus: Dierupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis.

R. In servis suis. **Lectio vij.**

IN Hungariam igitur cum suo Gaudentio, siue Radzino proferat: Regem Geisam in fide ac omni virtute confirmat: filium eius, diuum Stephanum, vel baptizat (vt alij volunt) vel facro Chrismate confirmat: populum instruit ac solatur: idolorum reliquias subuerit. Annum, & amplius ibi moratus, in Poloniā deinde, vicinam & cognatam Boēmis gentem, proficiscitur. Acceptus honorifice à primoribus ceteraque multitudine, & ab ipso Boleslao Chabro Duce, eamdem Polonis, quam Hungarisi, nauauit operam; cum Cracoviæ, & in itinere, quā veniebat, tum Gneznæ in primis, & eo quidem maiore studio & alacritate, quod linguae & sanguinis cognatio Boēmis suis cum Polonis intercederet. Mortuo verò illis diebus Roberto, Gneznensi Archiepiscopo, Adalbertus, magnis Principis precibus exortatus, sufficitur.

R. Filiæ Ierusalem.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Euangelij secundum Ioannem.

Lectio vij. **Cap. i o. b**

In illo tempore: Dixit Jesus Pharisæis: Ego sum pastor bonus Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Et reliqua.

Hömilia S. Bernardi Abbatis.

Serm. 76. super Cant.

Boni sollicitique pastores impinguare pecus non cef- fant bonis lætisque exemplis, & suis magis quam alienis. Nam si alienis, & non suis, ignominia est illis, & pecus ita non proficit. Si enim (verbi causa) ego, qui video inter vos pastoris gerere curam, vobis apposuero Moysi mansuetudinem, patientiam lob, misericordiam Samuelis, Dauid sanctitatem, & si qua sunt eiusmodi exempla bonorum, immi- tis ipse, & impatiens, atque im- misericos, & minimè sanctus; sermo (vt vereor) minus sapidè eueniet, & vos minus audie ca- pietis. Verum hoc supernæ pie- tati relinquo; vt, quod minus vo- bis ex nobis est, ipsa suppleat, & quod perperam, ipsa corrigat.

R. O quam prædicanda. **i 2.**

Lectio viii.

Volo adhuc eadém paulo expressius désignare, propter eos, qui dum audie nimis honoribus inhiant, minus prouide graibus se supponunt oneri- bus, exponunt periculis, vt sciant ad quid venerint: sicut scri- ptum est: Amice, ad quid veni- sti? Nisi fallor, ad solam ciuitatis custodiā, vt quantum satis est, procuretur; opus est viro forti, spirituali, fideli. Forti, ad propulsandas iniurias: spiritua- li, ad deprehendendas insidias: fideli, qui non quæ sua sunt querat. Porro autem ad mores honestandos, vel corrigendos (quod utique ad decorum per- tinet sponsæ) quis non liquidò agnoscat, pernecessariam fore, cum multa quidem diligentia, disciplinæ censuram? Ea propter omnis, cui hoc opus incumbit, oportet ferueat zelo illo, quo accen-

accensus præcipius ille æmulator sponsæ Domini, aiebat: *Æmulator vos Dei æmulatione: depondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo.*

R. Alme Präful. 12.

Lectio ix. de S. Vitale martyre, cum commemoratione eiusdem in Laudibus, Antiphona. Filia Ierusalem. **V.** Pretiosa. **Oratione.** Proœsta quæsumus.

DIE XXXIX. APRILIS.

Sancti Petri Martyris.

Duplex.

DIE XXX. APRILIS.

In Octaua S. Adalberti Episcopi & martyris omnia ut in primis Vesperis Festi. **II.**

In i. Nocturno leguntur Lectiones de Scriptura occurrenti.

In ii. Nocturno. **Lectio iii.**

Adalbertus Gneznæ ubi triennio commoratus fuisset, viso nocturno diuinitus admonitus, iam inde ab initio suscepit ad Prussos peregrinationem, ægré dimittentibus eum Polonis, persequitur; relitto pro se Gaudentio, siue Radzino Archiepiscopo. Ibi dum religionem Christianam magna cum difficultate & patientia disseminat, à gente barbaræ & immani, dæmonum & idolorum sacrificulis cum Antistite instigantibus, veneranda mysteria peragens, prope oppidum sinus Venedici, quod Fischausum posteà Germani dixerunt, confosus interficitur, ac à fera plebe in partes dissecatur, capite illius ludibrij causa in palo sublato, die vigesima tertia mensis Aprilis, anno Christi nonagesimo nonagesimo septimo.

R. Lux perpetua. **Lectio v.**

Cuius corpus posteà Boleslaus Dux, dilata in aliud tempus vltione, à Prassis rede-

mit, & minimò quidem: propterea quod appensum in statu corpus, per exiguum pondere raret, diuina, ut creditum est, virtute efficiente. Tantum enim argenti, siue auri (ut alij volunt) barbari pacti erant, quantum corporis pondus adæquaret. Deductum solemní pompa, primum in Tremesnensi monasterio collocavit, nec multò post ad Gnezaensem Basilicam transtulit.

R. In seruis suis.

Lectio vi.

Nec mora, cœpit locus & monumentum incliti Martyris Christi plurimis & salutibus humano generi clarere miraculis. Hac igitur fama motus Otto Rufus, tertius eius nominis Imperator Romanus, ab Italica: siue expeditione siue peregrinatione reuertens, cum permagno & splendido comitatu, pacatus in Poloniam, ad sepulchrum noui Martyris (quem viuus amabat, & cum quo aliquando conuersatus fuerat) exsoluendi voti causa, quod grauimorbo implicatus voverat, venit. Principi Boleslao pro munere hospitali lanceâ diui Mauritij, & Coronam Regiam donat, Regemque fieri iubet. Vicissim brachium diui Adalberti à nouo Rege accepit, quod Romæ in Insula ad diui Bartholomei ædem ab eo depositum, hactenus conspicitur.

R. Filia Ierusalem:

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Euangelii secundum Ioannem.

Lectio viii. Cap. 10. b

In illo tempore: Dixit Iesus Pharisæis: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Et reliqua,

Homi-

In Octaua S. Adalberti.

Homilia S. Bernatdi Abbatis.

Serm. 76. super Canticum.

Non omnes sunt amici sponsi, quos hodie sponsæ hinc inde assistere cernis, & qui (ut vulgo aiunt) eam quasi addextare videntur. Pauci admodum sunt, qui non quæ sua sunt querant, ex omnibus charis eius. Diligunt munera, nec possunt pariter diligere Christum: quia manus dederunt Mammonæ. Intuere, quomodo incedunt nitidi & ornati, circumambiant varietibus, tamquam sponsa procedens de thalamo suo. Nonne si quempiam talium repente eminus procedentem aspiceris, sponsam potius putabis, quam sponsæ custodem?

B. O. quam prædicanda. 12.

Lectio viii.

VNDE verò hanc illis exubetare existimas terum affluentiam, vestium splendorem, mensarum luxuriam, congeriem vasorum argenteorum & aureorum, nisi de bonis sponsæ? Inde est, quod illa pauper, & inops, & nuda relinquitur, facie miseranda, inculta, hispida, exangui. Propter hoc non est hoc tempore ornare sponsam, sed spoliare: non est custodire, sed perdere: non est defendere, sed exponere: non est instituere, sed prostituere: non est pascere grem, sed mactare, & deuorare: dicente de illis Domino: Qui deuorant plebem meam, ut cibum panis.

B. Alme Præfus. 12.

Lectio ix.

Quem dabis mihi de numero Præpositorum, qui non plus inuigilat subditorum vanandis marsupiis, quam vitiis extirpandi? Vbi qui orando fletat iacob, qui prædictet annum

placabilem Domino? Leuiora loquimur: grauiora grauius manet iudicium. Successores omnes cupiunt esse; imitatores pauci. O vtinam tam vigiles repetirentur ad curam, quam alas currunt ad Cathedram. Parum est nostris vigilibus, quod non seruant nos, nisi & perdant. Alto quippe demersi obliuionis somno, ad nullum Dominum ex comminationis tonitruum expurgiscuntur; vt vel suum ipsorum periculum expauescant. Inde est, vt non parcant suis, qui non parcunt sibi, peritemtes, pariter, & pereuntes.

T e Deum laudamus.

In secundis Vesperis ad Magnificat, Antiphona, Sancte Præfus & beate cælitum consorts Adalberte, qui passione gloriam, morte meruisti vitam: tuo deuoram natalicio tuere plebem patrocinio; quo secura pace sæculi pacem mereatur Domini, alleluia.

DIE II. MAI.

Sancti Athanafij Episcopi & confessoris. Duplex.

In Ecclesia Cæthedrali Plocensi S. Sigismundi Regis & Martyris. Alibi de S. Athanafio, & pro S. Sigismundo, Lectio ix. cum commemoratione.

In Plocensi autem Ecclesia, In secundo Nocturno.

Lectio iii.

Sigismundus Rex & martyr, Gunebaldo Rege Burgundiae infideli inter fideles natus, à puero Christianæ fidei addictissimus, ieunijs, orationibus, & eleemosynis assidue operam dabant. Patri mortuo succedens, regnum è tenebris infidelitatis ad lumen fidei sanctæ adducere omni studio conabatur: in quo ille subditis suis exem-

In festo S. Floriani militis & martyris.

exemplo humilitatis, sobrietatis, mansuetudinis, pietatis munificentiae, iustitiae, reliquatumque virtutum prælucebat.

R. Lux perpetua.

Lectione v.

ET quāmuis secundat vxoris impulsu, filium, quem ex priore coniuge suscepserat, occidisset; is tamen lapsus effecit, ut veluti alter Dauid, diuorem penitentia viam ingressius, maioris gratia diuinæ thesaurum sibi compararet. Talia vulnera & cicatrices sanctorum, gloria sunt celestis chirurgi. Itaque cum memorias sanctorum visitaret, in finibus Sedunorum eius loci, in quo sanctus Mauritius eum socijs suis passus est, deuotione captus, diuinitus responso accepto, Agaunensem Ecclesiam cum Monasterio extruxit, & daturauit. Vbi postea religioso habitu suscepto, vberes lacrymas cum sanctorum Martyrum sanguine coniungebat, pro suis, subditorumque suorum peccatis agens penitentiam.

R. In seruis suis.

Lectione vi.

INterim Franci, adhuc infideles, Burgundiam ingressi, vastare coeperunt. Quibus se Burgundi, qui adhuc in infidelitate persistebant, adiungentes, Regnum & Regem Sigismundum illis prodiderunt. Quem illi captum, in puteum veterem profundissimum, apud Caloniam vicum prolecerunt, & submerserunt: vnaque vxorem eius, & filios duos, Histaldum, & Gunebaldum. Corpus eius cælestibus radijs ac reuelationibus diuinis demonstratum, in Ecclesia, quam sanctis Martyribus construxerat, appositum est.

R. Elysia Ierusalem.

DIE IIII. MAI.

In festo sancti Floriami militis & martyris, Regniue Poloniæ Patroni Duplex.

AD VESPERAS.

Vbi non fuerit Ecclesia S. Floriani, Vesp. de S. Cruce dicuntur: & à Capitulo fit de S. Floriano, cum commemorat. sanctæ Crucis, & S. Monicæ.

Vbi vero fuerit Ecclesia sancti Floriani?

Ad Vesperas, Antiphona. Sancti cui Domine, cum reliquis de Communi Mart. tempore Paschali. Psalm. Dixit Dominus. cum reliquis de Dñica, & loco, ultimi. Psalmus. Laudate Dominum omnes Gentes.

Capitulum Sap. 5.

Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt, & qui abistulerunt labores eorum.

Hymnus.

Gratuletur Ecclesia, Noua laudum preconia, Dei canens cum gratia, Pro Floriani gloria.

Hic apud Vrbem Theciam, Linquens domum, familiam, Laureacum accelerat, Quia sanctos pati nouerat.

Mox à commilitonibus Tentus, verbis, verberibus, Iam mulcetur, iam frangitur, Nec à fide reflectitur.

Hinc vncis fractis scapulis, Vir insons sine maculis, Dum iactatur in flumine, Tortor priuatur lumine.

In petra corpus nobile Cura seruatur aquile: Quod ut manderet terræ, piam Martyr monet Valeriam.

Cum ad humandum dicitur, Iumentum siti premitur: Mirè tamen reficitur, Fons nouus quia funditur.

Deo

In festo S. Floriani militis & martyris.

Deo Patri sit gloria,
Et Filio, qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito
In sempiterna secula. Amen.
V. Sancti & iusti in Dño gaudere, alleluia. **R.** Vos elegit Deus
in hereditatem sibi, alleluia.

Ad Magnificat, Antiphona.

O florem Eden purpureum beatissimum Florianum, qui seculi militiam in vita commutans innocentiam, ad martyrij agonem per fidei properans confessio-
nem, pro Christo latus occubuit, regnumque supernum ob-
tinuit, alleluia.

Oratio.

Deus, qui nos beati Floriani Martyris tui solemnitate lætitias; concede propitijs, ut cuius gloriosum triumphum veneramur in terris, societas eius lætitiam adipisci mereamur in celis. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum.

Alia Oratio Communis.

Addest, Domine, populo tuo: ut beati Floriani Martyris tui merita præclara suscipiens ad imperrandam misericordiam tuam semper eius patro-
cinijs adiuuetur. Per Dominum.

Ad Matutinum omnia dicun-
tur de Communi Martyrum tempore Paschali, exceptis ijs, quæ hæc assignantur.

In primo Nocturno Lectio-
nes leguntur de Communi plurium
Matti. F ratres, debitores, sumus.

In secundo Nocturno.

Lectio iiiij.

Ex Martirologio. & Annal. Polon.

Florianus martyr passus est
Diocletiano & Maximiano Imperatoribus, persecutio-
ne decima, eaque ultima. Cum Theciæ audiuerstet, quadraginta milites, qui sub eius signis aliquando stipendia merebât, Lau-
reacum Norici martyrij causa-

ablegatos, ac ibi varijs totmen-
tis consumptos esse, festine ad illud oppidum se contulit: turpe putans, veteranum in tam pulchra victoria à tyronibus vinci. Comprehensus sicutur Aquilino præfecto. Qui cum in confessione Iesu Christi constanter perseveraret, fustibus, Præfecti iussu, temel atque iterum cæditur in scapulis, deinde ferro acuto grauiter verberatur. Ad extremum, saxo ad collum appeso, in flumum Anasum dei-
ci iubetur. **R.** Lux perpetua.

Lectio v.

Gaudens ibat à conspectu Iudicis Florianus. Ad pon-
tem ubi venit, impetrat oratio-
nis tempus. In qua cum tora-
hora commoraretur, audacior
quidam accutrit, ac Martyrem in
flumum deiecit, in quem
confestim cecidit caligo & re-
nebrae. Sed ecce Dei seruus ser-
uifunt omnia: depotat flumus
Sancti corpus, & ad saxum ex-
ponit. Mittitur à Deo in usitatæ
magnitudinis aquila, quæ cor-
pus Sancti ab omni protexit in-
uria. Apparet demum in som-
nis piæ cuidam mulieri Valeria,
ac ut corpus suum condat, ad-
monet. Romam postea transfe-
retur, ac cum principibus Diaconis Stephano & Laurentio col-
locatur, magno urbis solatio ac
præsidio. Nam eius aduentuom-
nis barbarorum furor, qui tum
urbem, ac vniuersam Italiam
vexabat, rededit, paxque opta-
ta restituta est.

¶ In seruis suis.

Lectio vij.

Tandem anno Domini mil-
lesimo centesimo octogesimo
tertio, Casimirus, bello &
pace clarus Poloniæ princeps,
vna cum Gedeone Episcopo

Oratio.

Cracouensi, ad Lucium Ter-
tium Summum Pontificem mit-
iunt, precantes, vt illis alicuius
ē sanctis Martyribus ossa im-
pertiatur, qui genti & vrbi con-
tra Prussos, Tartaros, aliaſque
barbaras gentes pro muto & val-
lo effecit. Mituntur ergo per A-
egidium Epitopum Mutinentem
sacra ossa. Gens tota cum Rege
suo ad septem miliaria tanto
hospti obuiā effusa prodit.
Deponitur honorifice Martyr in
templo à Calimio extructo :
pars corporis in primarium tem-
plum defertur, ac in marmoreo
altari includitur. Et sicut Iero-
solyma Stephano, Roma Lau-
rentio; ita suo gaudet Polonia
Floriano. **¶** Filia Jerusalem.

In terio Nocturno.

Lectio sancti Euangelij secun-
dum Ioannem.

Lectio vii

Cap. 15.

In illo tempore : Dixit Iesus
discipulis suis: Ego sum vitis
vera : & Pater meus agricola
est. Et reliqua.

Homilia sancti Cyrilli Episcopi
Alexandrinii.

In Ioannem lib. 10. cap. 13.

VT quantum oporteat inhæ-
tere sibi, & ab eo pendere,
& quantum nobis hoc prodest,
ostenderet, vitem seipsum exem-
pli ratione, & palmites affixos
in eo credentes appellauit : qui
participatione spiritus, per quem
Saluatori coniungimur, naturæ
suæ communicamus. Qui enim
Domino, vt ait Paulus, adhæ-
ret, unus est spiritus cum eo,

¶ Quām venerandus dum fese
commilitonem Chiisti fateut
supplicem: * Et mox ad scænum
ducitur iudicem, alleluia. **¶** Sed
nec blandimentis separari a te-
sta fide quivit, nec tormentis.
Et mox.

Lectio viii:

Quemadmodum igitur voce
prophética basis & funda-
mentum appellatur (in ipso e-
nī ædificantur viui, lapides,
spiritalesque facti, ad habitacu-
lum Dei in spiritu, & fæderio-
tum sanctum; nec ædificari nisi
per Christum possumus) sic vitis
appellatur, vt mater & nutrix
palmitum. Regenerati enim ex
Christo, & per ipsum in spiritu
sumus ad referendum fructum
vitæ, non illius præscæ : sed hu-
ijs nouæ, quæ est per fidem, &
charitatem erga ipsum.

R Ad pontem Anasi fluminis
iustu perducitur Aquilini præ-
sidis : vnde facta oratione præ-
cipitatur, sed ab ynda super la-
pidem reclinatur: * Vbi ab aquila
corpus eius expansis alis ser-
uatur, alleluia. **¶** Cùm cecide-
rit iustus, non collidetur : quia
Dominus supponit manum suā.
Vbi ab aquila. **Gloria Patri:**
Vbi ab aquila. **Lectio ix.**

Conservuamur autem in hoc
statu & ad hoc, vt ita dixe-
rim, inserti quodammodo ipsi
sumus, id est, firmiter retinente
tradita nobis ab ipso mandata,
studentesque huius nobilitatis
bonum seruare. Quod fit, si Spi-
ritum sanctum, per quem in no-
bis Deus habitat, non offendamus.
Te Deum laudamus.

Ad Laudes & per Horas, An-
tiph. Sancti tui Dñe florebunt.
Et reliqua, vt in Comuni Ma-
tyrum tempore Paschali. Capi-
tulum. Stabunt iusti.
Hymnus.

Sæpe Martyr verberatus,
uncis carnem laceratus,
Deum, dicens, colo Trinum;
Confutauit Aquilinum.
Idem facis Aquilinum,
Quod prementes florem spinæ:
Pungis

In fello S. Floriani militis & martyris.

Pungis, premis sanctum florem,
Reddit preflus flos odorem.
Nunc, ô Martyr Dei chare,
Fac nos hostes debellare,
Impugnantes fidem Christi,
Quam tenendo, non cessisti.
Deo Patri sit gloria,
Et Filio, qui a mortuis.

Surrexit, ac Paraclito
In sempiterna facula. Arren.
V. Pretiosa in conspectu Domini,
alleluia. **R**. Mors sanctorum eius, alleluia.

Ad *Benedictus, Antiphona.*
Dum æternæ diei aurora illuxerit, dum tuba nouissima insonuerit, præclare Martyr Floriane, nos digneris adiuuare; ut gratia solis iustitiae, Sanctorum perfuamur splendore, alleluia.

Oratio vt suprà in j. *Vesper*

In secundis Vesperris, Aña Sancti tui Domine, cum reliquis de *Communi Psalm. Dixit Dominus*, cum reliquis de *Dominica*; & loco vltimi, *Psalmus. C* redidi. *Capitulum, Hymnus, vt suprà, 19. V*. Pretiosa in conspectu Domini, alleluia. **R**. Mors sanctorum eius, alleluia.

Intra Octauam sancti Floriani, vbi de ea fieri solet, diebus non impeditis Officio nouem Lectionum, aut Dñica, omnia dicuntur vt in die, exceptis Lectionibus secundi & tertij Nocturni, quæ hic ponuntur.

DIE V. M^{AI}L.

Secunda die intra Octauam sancti Floriani.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Ambrosij Episcopi, *In natali SS. Nazarij & Celsi Martyrum.*

Lectione iiiij.

Immensa Dei nostri pietas, multiplex ad bonitatem, & artifex ad salutem, proposens arduam virtutum palmam

raro appetitore pretiosam, in paucorum triumphis, plurimum commodis propicit. Illorum siquidem merita, nostra vult esse suffragia; simulque, dum nobis fidem veram duro martyrijagone commendat, afflictionum præcedentium, instructionem efficit posteriorum. Quanta est erga nos Dei nostri sollicitudo? illos examinat, vt nos erudiat: illos conterit, vt nos acquirat: eorumq; cruciatus, nostros vult esse profectus.

R. Lux perpetua. **L**ectione v.

Merito ergo eos colimus, qui periculis suis pugnant, & nostris vtilitatibus militans, qui per lucis vitaque contempnum edocent nos, quantum Deo nostro debeamus affectum. Noverimus itaque, quia non sine magno discrimine, de religionis veritate dubitamus, quam tantorum sanguine confirmatam videmus. Magni periculi res est, si post Prophetarum oracula, post Apostolorum testimonia, post Martyrum vulnera, veterem fidem, quasi nouellam, discutere præsumas, & post tam manifestos duces in errore permaneas, & post morientium sudores otiosa disputatione contendas.

R. In seruis suis.

Lectione vij.

Veneremur ergo in sanctorum Martyrum gloria fidem nostram. Quomodo fidem nostram? Ab ipsis enim, dum mortis tolerantia indubitanter excipiunt, spes immortalitatis euidenter asseritur. Numquam enim hanc vitam tam constanter expenderent, nisi esse alteram incomparabiliter beatitudinem perfecta definitione sentirent. In sanctis itaque præconibus veritatis, resurrectionis auctoritas est.

et. Prompti enim pereunt in melius reparandi : quibus per angustias tribulationum aperiatur exitus ad amplitudinem gaudiorum. **By.** Filia Ierusalem,

In tertio Nocturno

Lectio sancti Euangelij secundum Ioannem.

Lectio vij Cap. 15.

IN illo tempore : Dixit Iesu discipulis suis : Ego sum vita vera, & Pater meus agricultor est. Et reliqua.

Homilia sancti Cyrilli Episcopi Alexandrini.

In Ioannem lib. 10. cap. 13.

Quemadmodum radix qualitatem suam palmitibus immittit, sic unigenitus Dei Filius, Pater, & suæ naturæ affinitatem, vt ita dicam, Spiritu dabo sanctis largitur, per fidem & sanctitatem ei coniunctis; ad pietatem, & ad omne virtutis genus ipsos nutriendis. Agricolam autem Patrem appellat, ne à solo Filio fieri hoc videatur, quod totius Trinitatis mirabile opus est. Non modo enim salus nostra, verum etiam omnia, quæ à Deo fiunt, vna voluntate ac potestate supremæ naturæ fiunt.

By. Quam venerandus. 21.

Lectio viii.

Nam si alia Patri, alia Filio seorsim accommodabimus, quoniam vitis Filius nuncupatur, Pater vero agricultor, à solo Filio contineri & nutriti videbimus, à Patre autem nudæ foliummodo visitatione col. Vitis enim suos palmites nutrit: agricultor vero visitat solummodo vitem & colit. Quare nec illud à Patre, nec hoc à Filio, nec utrumque à Spiritu separandum. Omnia enim à Patre per Filium in Spiritu sunt.

By. Ad pontem Anas. 21.

Lectio ix.

Commodissime igitur, cum vitem & palmites nominauerit, cultoris quoque fecit mentionem; cura, prouidentia, gubernationeque Dei adduci ad virtutem, contineriisque nos demonstrans. Si vero credimus, Filium in Patre, & Patrem in Filio naturaliter esse, & ex ipsis esse omnia in Spiritu, vt ab una Deitate; nec Pater ab aliendis nobis separabitur, nec Filius à cultura erit alienus. Et iure id quidem. Vbi enim summa naturæ idemitas est; ibi, quamuis multis variisq; modis fieri nonnulla videantur, vna tamen est operatio nullo modo distincta. Te Deum laudamus.

DIE VI. MAIL.

Sancti Ioannis ante portam Latinam. Duplex.

DIE VII. MAIL.

Quarta die infra Octauam

S. Floriani.

In secundo Nocturno.

De Sermoni sancti Ambrosij Episcopi.

In natal. SS. Marit. Nazary & Celsi.

Lectio iii.

Licet hic tantus Christi testis Cracoviensium peculiaris putetur, priuilegio sepulchri, sed omnium est communione suffragij. Neque enim istius virbis charitas proflua, & fides auara, tantum huic Martyri derogauerit, dum sibi arrogat; vt solum erga mœnia sua, patrocinij illius beneficia affutura esse crediderit. Non clauditur locis, quod diffunditur meritis. Inuocasti vbique Martrem, vbique te exaudit ille, qui honoratur in Martyre. Moderate itaque eo, qui pensat vota tua, & dispensat munera sua, in tantum vicina præsentia effi-

cacis præbebitur aduocati , in quantum fuerit fides deuota suscepiti. Oratio enim , quæ castitatis,iustitiae, eleemosynarum operibus adiuuatur , excedit mundum , penetrat paradisum , euolar vsque ad ipsum summæ maiestatis , Angelo conferente , conspectum.

B. Lux perpetua.

Lectio v.

Q Væ cùm ita sint , honoremus beatos Martyres, principes fidei; intercessores mundi, præcones regni , coheredes Dei. Quod si dicas mihi: Quid honoras in carne iam resoluta atque consumpta , de qua nulla iam Deo cura est ? Et ubi est illud, charissimi , quod ipsa Veritas loquitur per Prophetam? Pretiosa, inquit, in conspectu Domini mors Sanctorum eius , & item: Mibi autem vñde honorificandi sunt amici tui , Deus. Honorare debemus seruos Dei : quanto magis amicos Dei ? de quibus alio loco dicitur: Dominus, inquit, custodit omnia ossa eorum , & vnum ex his non conteretur. **B.** In seruis suis.

Lectio vi.

H Onoro ergo in carne Martyris exceptas pro Christi nomine cicatrices : honoro viuentis memoriam in perennitate virtutis : honoro per confessionem Domini sacros cineres : honoro in cineribus semina æternitatis : honoro corpus, quod mihi Dominum meum ostendit diligere, quod me propter Dominum mortem docuit non timere. Cui autem non honorent corpus illud fideles, quod reverentur & dæmones? quod & affixerunt in supplicio, sed glorificant in sepulchro ? Honoro itaque corpus quod

Christus honorauit in gladio, quod cum Christo regnabit in celo. **B.** Filiæ Ierusalem.

In tercio Nocturno.

Lectio sancti Euangeli secundum Ioannem.

Lectio vii. **Cap. i 5.**

In illo tempore : Dixit Iesus discipulis suis: Ego sum vitis vera , & pater meus agricola est. Et reliqua.

Homilia sancti Cyrilli Episcopi Alexandrini.

In Ioannem lib. 10. cap. 14.

OMNEM palmitem in me non ferentem fructum, tollit eum: & omnem qui fert fructum, purgabit eum; vt fructum plus afferat. Voluntaria est nostra cum Christo conglutinatio, & charitate & fide perficitur. Et fides quidem in animo nostro consistit, veram Dei cognitionem efficiens , charitas vero mandatum eius seruare facit. Qui enim me diligit, is, inquit, mandata mea seruabit. Qui ergo per fidem Christo solummodo coniunguntur, sola illi confessione inherentes , nec charitatis vimine se colligantes , palmites quidem sunt, sed non fructuosi: nam fides abique operibus, mortua quedam res est.

B. Quam venerandus, 21.

Lectio viii.

H VIUSMODI autem palmites agricultoræ falx seuerissime amputat, & igni tradit. Hoc enim modo de infructuosis arboribus solet fieri: exciduntur enim , ne terram frustra occupent , vt de sicu per parabolam dicitur. Hoc ipsum per prophetam Ezechielem clarius exposuit , dicens : Fili hominis , quid fiet ligno vitis ex omnibus lignis nemorum , quæ sunt inter signa siluarum : Numquid tolle-

tolletur de ea lignum , vt fiat opus ; aut fabricabitur de ea paxillus , vt dependent in eo quodcumque vas ? Ecce , quod in annos amputatur de eo , igni datum est in escam . Numquid utile erit ad opus ? Ita quod semel decisum est , ad nullam penitus rem conferre potest , nisi forte ad ignem .

R Ad pontem Anasi . 21 .

Lectione iv.

N Am quod Christus de illo dicit , qui talentum obruit , id in eis quoque inspicitur , qui decisi sunt . Ut enim ab illo talentum auferetur ; sic à palmitate humor vitis , quo alebatur . Aufertur autem ab illis humor , id est , spiritus Domini , antequam igni tradantur . Nam si honoribus huius saeculi praediti , quando aduersus regem aliquid commiserunt , non prius puniuntur , quam Magistratu se addicauerint : quomodo non erit necesse , vt antequam igni anima infructuosa tradatur , penitus à gratia spiritus decidatur . Sed haec quidem infructuosi palmites iure subitui sunt ; fructuosi autem , cura & cultu agricultæ , maiorem producent frustum . **T**e Deum laudamus .

DIE VIII. MAI.

In festo S. Stanislai Episcopi & martyris , Regniique Poloniae

Patroni , Duplex .

Extra Poloniam vero septima die Maij , vbi sancti Michaelis Archangeli Apparitio Octaua Maij celebratur .

Ad Vesperas , omnia de Comuni Martyrum tempore Paschali , præter ea , quæ hic assignantur .

Cavitulum . **Hebr. 3.**

O Mnis Pontifex ex hominibus assumptus , pro hominibus constituitur in ijs quæ sunt

ad Deum , vt offerat dona & sacrificia pro peccatis . **Hymnus .**

G Aude mater Polonia , Prole fecunda nobili : Summi regis magnalia Laude frequenta vigili . Cuius benigna gratia , Stanislai Pontificis Passionis insignia Signis fulgent mitificis .

H ic certans pro iustitia , Regis non cedit furia : Stat pro plebis iniuria Christi miles in acie .

T yranni truculentiam Qui dum constanter arguit , Martyrij victoriam Membratim cæsus meruit .

N ouum pandit miraculum Splendor in Sancto cælicus Redintegrat corpusculum Sparsum cælestis medicus .

S ic Stanislaus Pontifex Transit ad cæli curiam , Vt apud Deum opifex Nobis imploret veniam .

P oscentes eius merita , Salutis dona referunt : Morte præuenti subita Ad vitæ portum redeunt .

C uius ad tactum annuli Morbi fugantur turgidi : Ad locum sancti tumuli Multi curantur languidi .

S urdis auditus redditur , Claudis gresius officium Mutorum lingua soluitur , Et fugatur dæmonium .

E rgo felix Cracouia , Sacro dotata corpore , Deum qui fecit omnia Benedic omni tempore .

S it Trinitati gloria , Laus , honor , iubilatio : De Martyris victoria , Sit nobis exultatio . Amen .

V Sancti & iusti in Dño gaudente , alleluia . **V** Vos elegit Deus in hereditatem sibi , alleluia .

B

Ad

LIBERIO 3. STANISLAI EPISCOPI & martyris.

Ad Magnificat. Antiphona.

O. beate Stanislae, Präful plebis
Cracoviæ, cuius signa victoriæ
late parent Poloniæ: nam dono
Christi gratia, pestes curantur
varia. Tua, Martyr egregie, fe-
sta colentes hodie, Regi com-
menda gloriæ, alleluia.

Oratio.

DEUS, pro cuius honore glo-
riofus Pontifex Stanislaus
gladiis impiorum occubuit: pra-
esta quæsumus, ut omnes, qui
eius implorant auxilium, peti-
tionis suæ salutarem consequan-
tur effectum. Per Dominum.

Alia Oratio communis.

POpulum tuum, quæsumus
Dñe, intercedere beato Stanislao,
glorioso Martyre tuo, at-
que Pontifice, vngue tuae virtu-
tis potenter defende: & solem
tuæ maiestatis, irreuerberato
mentis radio glorianter intueri
concede. Per Dominum.

**Non sit commemoror. Octauæ
s. Floriani, neque in primis, ne-
que in secundis Vesperis, neque
in Laudibus.**

In primo Nocturno.

**Ex Epistola beati Pauli Apostoli
ad Hebraos.**

Le&tio j.

Cap. 5.

OMNIS Pontifex ex homi-
nibus asumptus, pro ho-
minibus constituitur in
iis quæ sunt ad Deum, ut offre-
rat dona & sacrificia pro pec-
catis: qui condolere possit ijs,
qui ignorant, & errant: quo-
niam & ipse circumdatus est in-
firmitate: & propterea debet,
quemadmodum pro populo, ita
etiam & pro semetipso offerre
pro peccatis. Nec quicquam su-
nit sibi honorem; sed qui vo-
catur a Deo, tanquam Aaron.
Sic & Christus non temetipsum
clarificauit ut Pontifex fieret;

sed qui locutus est ad eū: Filius
meus es tu, ego hodie genui te.
R. Beatus vir, qui metuit.

Le&tio ij.

QUERNAMMODUM & in alio
loco dicit? Tu es Sacerdos
in æternum, secundum ordinem
Melchisedech. Qui in diebus
carnis suæ, preces supplicatio-
nesque ad eum, qui possit illum
saluum facere à morte, cum clau-
more valido & lacrymis offe-
rens, exaudiens est pro sua reue-
rentia. Et quidem cùm esset Fi-
lius Dei, didicit ex ijs, quæ pastus
est, obedientiam: & consumma-
tus, factus est omnibus obtem-
perantiibus sibi, causa salutis æ-
ternæ, appellatus a Deo Ponti-
fex, iuxta ordinem Melchisedech.

R. Tristitia vestra. **Le&tio iii.**

DE quo nobis grandis ser-
mo, & interpretabilis ad
dicendum: quoniam imbecilles
facti estis ad audiendum. Ete-
nim cùm deberetis magistri ef-
fe propter tempus; rursum indi-
getis ut vos doceamini quæ sint
elementa exordij sermonū Dei:
& facti estis quibus lacte opus
sit, non solidi cibo. Omnis
enim, qui lactis est particeps, ex-
pers est sermonis iustitiæ: par-
vulus enim est. Perfectorum au-
tem est solidus cibus; eorum,
qui pro consuetudine, exerci-
tatos habent sensus ad discre-
tionem boni ac mali.

R. Pretiosa in conspectu.

In ij. Nocturno. Le&tio iiiij.

**Ex Annal. Pol. & Bulla
Innoc. III.**

STANISLAUS Scepanouius Polo-
nus, de nobili Prussorum fa-
milia, patre Veliislao, matre Bo-
gna, pīs & locupletibus paren-
tibus natus est: hi, cùm mul-
tis annis steriles essent, ad Deum
omnis fecunditatis auctorem

con-

co*nf*ugiunt, vt pro sua benigna voluntate, illis liberos dare vellet; pa*c*ti voto, te, quidquid id es*er*, quod ex illis nascetur, ipsi soli, eiulque cultui tantissimo addictus; ad trigesimum tamen propemodum annum eorum desideria differebantur. Vnde, c*um* coniicerent, id Deum nolle, quod illi summopei vellent, voluntat*e* suam diuin*a* voluntati subi*c*ientes, omnem curam & solicitudinem *à* carne & sanguine, ad fructus spiritales transferunt.

R. Lux perpetua. **Lectio v.**

Ecce verò adest præsens, & nec opinatus quidem, sine magna matris molestia, partus. Cre*c*it, non magis corporis, quām animi viribus: modestus, pudicus, ad omne genus doctrinæ & pietatis propensus puer. Quod dum parentes vident, votis suis, & pueri ingenio dees*er* nolunt. Gnezman illum, & Regni, & litterarum tunc sedem, mitunt. Sed non diu hic nidius tantum pouit continere ingenium: Lutetiam igitur, Patr*io*rum urbem, studijs litterarum ex antiquo celebrem, mititur. Hic se totum c*um* alijs studijs, c*um* præcipue Theologiaz ac luri canonico tradit.

R. In seruis suis.

Lectio vi.

Redit domum, tamquam ex mercatura mercator bonus; integris suis, pietate, modestia, castitate, sinceritate; quæfuis multis, excellenti doctrina, rerum gerendarum dexteritate summa, Fama eius permotus Lampertus Episcopus Cracoviensis, vir pius, iuuenem relutantem magis quām se ingerentem, ad factos Ordines pertrahit. Sacerdotem pliūm, post

Canonicum ac Prædicatorem Cracoviensem facit. Sic Stanislaus, tamquam fecunda & pretiosa planta, in uberiori solūm translata, uberrimos fructus reddere cœpit; in omnibus seipsum præbens exemplum bonorum operum: in doctrina, in integritate, in grauitate, verbum sanum, & irreprehensibile; vt i*s*, qui ex aduero es*er*, verecentur, nihil habentes dicere malum de illo. Quod dum Lampertus, senio & ætate confectus, in illo videt, ipsum vniuersæ Ecclesiæ, atq*ue* adeò domui suæ, tamquam alterum Iosephum, præfecit.

R. Filia Ierusalem.

Alia Lectiones ij. Nocturni, extraneis præsertim locis, vbi hoc Festum sine Oct. celebratur, conuenientes. **Lectio iiiij.**

STANISLAUS Polonus, apud Cracoviam nobili genere natus, & pijs parentibus, qui anteā per annos triginta steriles, illum à Deo precibus impetravunt, ab ineunte ætate fui*u*x sanctitatis specimen dedit. Adolescens Gneznæ priūm, deinde Patris bonis artibus operam nauauit, multuniq*ue* in sacra canorum & Theologiæ doctrina profecit. Parentibus mortuis, amplum patrimonium pauperibus distibuit, vita monastica desiderio. Sed Dei prouidentia Canonicus Cracoviensis, & Concionator factus, à Lamperto Episcopo in eius postea locum, quamvis inuitus, sufficiuit. Quo in munere omnium pastoralium virtutum laude, & præcipue misericordia in pauperes eniuit.

R. Lux perpetua. **Lectio v.**

Erat tum Poloniæ Rex Boleslaus: quem grauiter offendit, quod illius notam libidinem publicè arguebat. Quare in fo-

Iemni Regni Conuentu, Stanislaum per calumniam in iudicium corā se vocari curat; tamquam pagum occuparet, quem ecclesiæ iux nomine cōmerat. Quod cūm neque tabulis probare posset, & testes veritatem dicere timerent, spondet Episcopos, se Petrum, pagi venditorem, qui triennio ante obierat, intra d̄es tres in iudicium adiudeturum. Conditione cum risu accepta, vir Dei toto triduo ieiuniis & orationi incumbit. Ipso sponzionis die, post oblatu Missa sacrificium, Petrum ē sepulchro surgere iubet: qui statim rediuius, Episcopum ad regium tribunal euntem sequitur, ibi q; Rege & ceteris stupore attonitis, de agro à se vendito, & pretio rite libi ab Episcopo personato, testimonium dicit, atque iterum in Domino obdormiuit.

P. In servis suis.

Lectio vij.

AT Boleslaum frustrā sāpē admonit um, Stanislaus tandem à fidelium communione remouet. Ille, iracundia surens, milites in Ecclesiam immittit, vt sanctum Episcopum confodiant: qui ter conati, occulta vi, tertio diuinitus sunt depusi. Postremò impius rex Sacerdotem Dei, hostiam immaculatam ad altare offerentem, sua manu obtruncat: corpus membratim concisum, & per agros proiectum, aquilæ à feris mirabiliter defendunt. Mox Canonici Cracouenses sparsa membra nocturni de celo splendoris indicio colligunt, & suis locis aptè disponunt: quæ subitò ita inter se copiata sunt, vt nulla vulnerum vestigia extarent. Multis præterea miraculis serui sui sanctitatem Deus declarauit post eius mortem,

Quibus permotus Innocentius Quartus Summus Pontifex, illum in Sanctorum numerum tetulit. Clemens vero Octauus Pontifex Maximus, sancti Stanislai festo die in Romanum Breviarium relato, gloriosi Martyris memorialem semiduplici Officio ubique celebrari iussit.

P. Filiae Ierusalem.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Euangelij secundum Ioannem.

Lectio vij. Cap. 10. b.

IN illo tempore: Dixit Iesus Pharisæis: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Et reliqua. Homilia S. Augustini Episcopi.

De verbis Domini Serm. 50.

AVdiuimus Dñm Iesum commendantem nobis boni pastoris officium: in qua commendatione admonuit nos yrque, vt intelligi datur, bonos esse pastores. Et tamen, ne intelligeretur peruerso modo multitudo pastorum. Ego sum, inquit, pastor bonus: & vnde sit pastor bonus, consequenter ostendit: Pastor, inquit, bonus animam suam pro ouibus ponit. Pastor ergo bonus Christus. Quid Petrus? nonne bonus pastor? nonne & ipse animam suam pro ouibus posuit? Quid Paulus? quid ceteri Apostoli? Quid eorum tempora consequentes beati Episcopi Martyres? quid etiam iste sanctus Stanislaus? Nonne omnes pastores boni, non mercenarij, de quibus dicitur: Amen dico vobis, percepserunt mercedem suam? Omnes ergo illi pastores boni, non solum quia sanguinem fuderunt; sed quia pro ouibus fuderunt. Non enim fuderunt elatione, sed charitate.

P. Oyenerandam Martyris constantiam

stantiam? O prædicandam Stanislai Præsulis fidem, qua in testem veritatis Boleslai regis fitendum tribunalibus, * Petrum reuocauit ab inferis, alleluia. ¶ Triennem in tumulo, deficientibus à veritate filiis hominum, Petrum:

Lectio viij.

Nam & apud hæreticos, qui propter iniquitates & errores suos aliquid molestiarum perpetræ fuerunt, nomine martyrij se iactant, vt hoc pallio dealbatis, facilius furentur, quia lupi sunt. Si autem vultis scire, in quo numero habendi sunt, pastorem bonum, Paulum Apostolum audite: quoniam non omnes, qui corpora sua in passione etiam ignibus tradunt, æstimandi sunt sanguinem fuisse non pro ouibus, sed potius contiaoues. Si distribuero, inquit, omnia mea pauperibus, & tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Ecce venitur ad passionem, ecce venit & ad sanguinis effusionem, venitur & ad corporum incensionem; & tamen nihil prodest, quia charitas deest. Adde charitatem, prosunt omnia: detrahe charitatem, nihil prosunt cetera.

Pastor cadit in gregis medio: dormit sponsus in sponsæ gremio: mater plorans gaudet in filio, * Quia viuit viator sub gladio, alleluia. ¶ Cleri plebisque concio in patris natalitio, subilet cum tripudio pro tanto beneficio. Quia viuit. **Gloria Patri. Quia viuit.** Lectio ix.

Quale bonum est charitas ista, fratres? quid pretiosius? quid luminosius? quid firmitius? quid utilius? quid securius? Multa sunt Dei dona, quæ

tamen habent & mali; quæ dicuntur sunt: Domine, in nomine tuo prophetauimus: in nomine tuo dæmonia eiecumus: in nomine tuo virtutes multas fecimus. Nec respondebit ille, non fecistis: non enim in conspectu tanti Iudicis audebunt mentiti, aut iactare, quæ non fecerunt; sed quia charitatem non habuerunt, respondebit omnibus illis: Non noui vos. Quomodo autem habet vel exiguum charitatem, qui etiam coniunctus non amat unitatem? Hanc Dominus unitatem commendans pastoribus bonis, commendans pastores bonos, noluit multos appellare pastores. Neque enim, vt dixi iam, non erat pastor bonus Petrus, Paulus; Apostoli ceteri, & posteriores sancti Episcopi, beatus Stanislaus? Omnes hi pastores boni; & tamen ille pastoribus bonis non commendauit pastores bonos, sed Pastorem bonum. Ego sum, inquit, pastor bonas. **T**e Deum laudamus.

Ad Benedictus. **A**fi. Martyr Dei Stanislaus gloriöfus Pontifex, quem occidit Boleslaus truculentus princeps: pastor bonus & patronus, adsit nobis opifex, & virtutum artifex, alleluia.

Ad Tertiam, Capitulum, Omnis Pontifex.

Breue Sancti & iusti in Domino gaudete, * Alleluia, alleluia. Sancti & iusti. ¶ Vos elegit Deus in hereditatem sibi. Alleluia, alleluia. **Gloria. Sancti & iusti.** ¶ Lux perpetua lucebit sanctis tuis Domine, alleluia. **P**er. Et æternitas temporum, alleluia.

Ad Sextam, Capitulum. **H**ebr. c.

Qui condolere possit iis, qui ignorant & errant: quoniam & ipse circumdatus est

infirmitate : & propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam & pro semetipso offerre pro peccatis.

B. breue. Lux perpetua lucebit sanctis tuis Domine,* Alleluia, alleluia. Lux perpetua. **V.** Et æternitas temporum. Alleluia, alleluia. **G**loria Patri. Lux perpetua lucebit, **V.** Lætitia sempiterna super capita eorum, alleluia. **B.** Gaudium & exultationem obtinebunt, alleluia.

Ad Nonam, Capitul Hebr. 7.d.

Talis enim decebat ut nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis factus.

B. br. Lætitia sempiterna super capita eorum.* Alleluia, alleluia. Lætitia. **V.** Gaudium & exultationem obtinebunt. Alleluia, alleluia. **G**loria Patri. Lætitia. **V.** Pretiosa in conspectu Domini, alleluia. **B.** Mors sanctorum eius, alleluia.

Ad Vesperas, Aña. Sancti tui Domine. cum reliquis de Communi. Psalm. Dixit Dominus cum reliquo de Divina; & loco ultimi, Psalm. Credidi. **Capitul.** O misericordia Pontifex. **Hymnus.** Gloriosa mater. 26. **V.** Pretiosa in conspectu Domini, alleluia. **B.** Mors sanctorum eius, alleluia.

Ad Magnificat, Aña. Vir inclyte Stanislæ, vita, Tignis, passione, plebem tuam, pastor bone, fons benedictione, gubernatrix protectione, salua sancta intercessione, alleluia. **Oratio.** Deus, pro cuius honore, **Commemoratio**, sancti Gregorij. O Doctor optime. **V.** Amanit. **Oratio.** Deus qui populo, **vt in Breuiario Romano.**

Infra Octauam sancti Stanislai, diebus non impeditis Offi-

cio Duplici, vel Semiduplici, omnia dicuntur ut in die, exceptis Lectionibus. De Simplici fit tantum commemoratione.

DIE IX. MAI.
S. Gregorij Nazianzeni Episcopi & Confessoris. Duplex.

In ij. Vespere à Capitulo de S. Michaële Archangelo. Commemor. S. Gregorij, & SS. Gordiani & Epimachi Martyrum.

DIE X. MAI.
Apparitio S. Michaëlis Archangeli. Duplex.

Commemoratio & Lectio ix. de SS. Gordiano & Epimacho. Vesperæ de S. Michaële, cum Commemorat. Oct. S. Floriani.

DIE XI. MAI.
Octauia S. Floriani.

Omnia dicuntur sicut in die festo, præter Lectiones.

In primo Nocturno, leguntur Lectiones de Scriptura occurrenti.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Basili Episcopi.

In Psalm. 115. **Lectio iiiij.**

Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. Lapilli quidam floridis interpersi & sublumentes coloribus, nominari solent pretiosi ab istis diuitiarum helluonibus: re autem vera, pretiosa est mors sanctorum eius; cum videlicet anima per vitæ istius curriculū expurgata, ab omni eluviis & inquinamento carnis emancipata, ac libertati redditā, nullam infestinens maculam aut rugam, duris pro pietate agonibus iam exantlati probata, insignita corona iustitiae, perque hæc omnia admirabili decore virtutis interlucens, Dño suo, atque omnium Iudici se præsentavit, lapide omni pretioso longè rutilantior.

B. Lux perpetua.

Lectio

Lectio v.

Non est itaque anxie lugendus ex hac vita discellus, virti etiam vel maximè sancti: sed magis deploranda natiuitas, & ex utero in hanc vitam progressio: quæ reuera per ignominiam si fordanis eluuiet, ac fœdi odoris, fordanum ac fastidij plena, & quorum ne conspectum quidem etiam natu maiores, faciliè ferre possent. Talis enim carnalis natiuitatis nostræ ingressus, naturæ necessitate constitutus est: contrâ exitus atque hinc emigratio pretiosa ac illustris habet: non quidem in genere omnium hominum, sed eorum tantum qui sancte & iuste vitam hanc transgeree. Pretiosa itaque mors est: sed natiuitas nequaquam: Seminatur enim, vt inquit ille, in ignominia, surgit in gloria: plantatur in corruptione, resurgit sine ullo vitio.

R. In seruis suis.

Lectio vi.

Quando in Iudaismo mortiebantur homines, execranda & detestabilia eorum erant morticinia: at nunc si quis mortem, Christi causa, appetit, pretiosæ sanctorum eius sunt reliquiae. Antea quidem in mandatis datum erat sacerdotibus & Nazareis, ne se aliquo mortuo inquinarent: & si quis mortuum contigisset, pro immundo habebatur, vestesque eius abluebantur: nunc autem ille, qui contingit ossa martyris, assumit quamdam sanctificationis societatem ex ea gratia quæ corpori assistit. Pretiosa ergo est coram Domino mors sanctorum eius.

R. Filiae Ierusalem.

In tertio Nocturno

Lectio sancti Euangelij secundum Ioannem.

Lectio vii. Cap. 15.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Ego sum vitis, & vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Et reliqua.

Homilia sancti Cyrilli Episcopi Alexandrinii.

In Ioannem lib. 10. cap. 17.

Hinc ea de causa vitæ se appellasse manifestè ostendit, vt quasi oculis hoc exemplo cerneremus, manentes in eo vt palmites, ex vite humore trato, spiritalem posse fructum afferre: resilientes vero ab eo, vel quia in fide, vel quia in seruatione mandati deficiant, non modò nihil fructus producunt, sed æternum etiam ignem passuros. Qui enim à pietate vel charitate Christi decidit, supplicijs seipsum tradidit: sicut Decimus palmae ad nihil aliud, quam ad ignem utilis est.

R. Quam venerandus. 2.1.

Lectio viii.

Optimo nobis ipsi Apostoli exemplo sunt, qui quoniam manserunt in Christo, nec ultra vi ab eo separari potuerunt, tamen laudes consecuti, fructusque virtutis conuersiōnem orbis attulerunt. Vnde immortales apud Deum habituros coronas non dubitamus. At auaritiae seruus Iudas, à vite spirituali decitus, gratia spiritus amissus, foras electus, igni, vt inutile satimentum, traditus est. Dupliciter igitur ad manendum secum Christus nos inducit: partim cupiditate gloriæ, quam fructuosi palmites consequentur; partim

formidine ignis, cui tradentur, qui se ab eo separant.

R. Ad pontem Anaf. 21.

Ibid. c. 18. Lectio ix.

R Adicem supernæ benevolentiæ ac firmamentum esse ait, quasi spiritale depositum, si Euangelicæ disciplinæ dogmata & mandata seruarint: seruantibus autem sine mora petita bona pollicetur affutura. Si manseritis, inquit, in me, & verba mea in vobis manserint, quodcumque volueritis petetis, & fiet vobis. Fieri enim potest, ut in Christo maneas, & verba eius in te non habeas. Duplex enim via est, ut modò diximus, per fidem & per charitatem, propter quam mandata seruantur. Quæ cùm ita sint, qui verbis nudis Christum confitentur, sed mandatorum obseruatione, id est charitate ad perfectionem non conformantur, quamvis Christo fide inhærent, inq̄ue eo hac ratione maneant, verba tamen eius non habent.

Te Deum laudamus.

Vbi de Octava sancti Floriani sicut non solet xj. Maij. fit Officium de S. Stanislao ut in die, præter hæc quæ sequuntur.

In primo Nocturno leguntur Lectiones de Scriptura occurrenti.

In secundo Nocturno.

Lectio iiiij.

M Oritur plenus dierū Lampertus: in cuius locum à facto collegio, vniuerso populo expetente, sufficitur S. Stanislaus. Ponitur lucerna ardens super candelabrum, ut luceat in domo Dñi. Cunetatur multum fortis athleta, nec ita facilè in stadium ingreditur. Horret onus angelicis etiam humeris formidandum: vicit tamen charitas:

vicit voluntas, voluntati Dei ac maiorum parere assueta. Ingressus fortissimus miles in arenam, ex qua nonnisi viator morte decessurus erat, induit loriam iustitiæ & charitatis, calceat pedes suos præparatione Euangeli pacis: in omnibus sumens leatum fidei, in quo possit omnia tela nequissimi ignea extinguerre; galeam salutis & gladium spiritus, quod est verbum Dei, accipit, per omnem orationem & obsecrationem, orans omnitempore in spiritu, & in ipso vigilans, in omni instantia & obsecratione pro omnibus sanctis.

R. Lux perpetua.

Lectio v.

S Ic armatus, primum circa se omnia diligenter videt, ne quid apertum aut superfluum sit, quo ab hoste teneri, & in quo vulnus infligi possit: dominus deinde suæ semitas omnes considerat, ne à latronibus suffodiatur, ne ab inimico hominem succendatur. Quam eamdem dominum, pauperum ac hospitum diuersorum facit: orphanos & viduas conseribi iubet, vt cuique panem frangat in tempore suo. Circumit annis singulis omnes dicecesis suæ partes, non solùm altarium aut sacræ supellebilis munditiem videns, sed multò magis ipsorum sacerdotum, qui altaribus inseruiunt; vitam & integritatem examinans, vt sancta sancte administrent: nec vt ipsis soli sancti sint, qui portant vasa Domini, sed domui etiam suæ atque vniuersæ familiæ bene præsint. In quo omni studio suo patientia fuit singulari: quoniam Deus non posuit eum in iram, sed in aequationem salutis.

R. In seruis suis.

Lectio

Lectio vi.

Videbat & inuidiebat inimicus salutis nostræ, in dies nouam sibi prædam eripit; noua gaudia in cælestibus excitari: aulas igitur & palaria regis, vti assolet, petit: negotia ac pericula Stanislao nequit. Regnabat tunc in Polonia Boleslaus, à virtutibus bellicis appellatus Audax, rex à principio pius & patriæ amans, sed ingentes viri virtutes ingentia æquabant virtutia. Erat inimicus ad aggredendā pericula magnus: erat constantia in bellis persequendis laboribusque tolerandis incredibilis; sed ex altera parte fuit crudelitas summa, avaritia non ferenda, animus impotens, ac rebus secundis insolens: ante autem omnia in quamque fœdissimam libidinem plane effusus. Dolebat sanctus Antiltes, tantas virtutes tot tantisque virtutis contaminari. Regem igitur aggredi, illumque officij commonere constituit.

B. Filiæ Ierusalem.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Euangeliū secundum Ioannem.

Lectio vii. Cap. 10. b

In illo tempore: Dixit Iesus Pharisæis: Ego sum pastor bonus bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Et reliqua. Homilia S. Augustini Episcopi.

De Verbis Domini Serm. 50.

Interrogemus Dominum qualcumque sensu, & humillima disceptatione cum tanto patre-familias colloquamur. Quid dicas Domine, bone pastor? Tu enim bonus pastor, qui bonus agnus: idem pastor & pascua: id est agnus & leo. Quid dicas? Audiamus, & adiuua ut intelligamus. Ego sum, inquit, bonus pastor.

Quid Petrus? Aut non pastor? aut malus? Videamus si non pastor Amas me? Tu ei dixisti Domine, Amas me? & respondit, Amo. Et tu ei: Pasce oves meas. Tu, tu Domine interrogatione tua, firmamento oris tui, amatorem fecisti pastorem. Pastor est ergo cui pascendas oves credidisti, ipse commendasti, pastor est.

B. O venerandam martyris. 28.

Lectio viii.

Videamus iam, vtrum non bonus. Ipsa id interrogatione & response eius inuenimus. Quæsisti vtrum amet te: respondit, Amo. Vidisti cor, quia verum respondit. Non est ergo bonus, qui amat tantum bonum? Vnde illa responsio, ex intimis prolatâ visceribus, vnde ille Petrus, testes oculos tuos habens, in corde suo contristatus, quod eum non solum semel, sed iterum & tertio interrogasti: vt tria confessione amoris deleret trium peccatum negationis? Vnde ergo contristatus, quod sape interrogatus esset ab eo, qui sciret quod interrogabat, & donauerat quod audiebat? Vnde contristatus talia verba retulit: Domine tu scis omnia: ipse nosti, quoniam te amo. Itane ille talia confitens, imo profitens, mentiretur? Veraciter ergo respondit amorem tuum, & de intimo corde protulit amantis vocem. Tu autem dixisti: Bonus homo de bono thesauro cordis sui proficit bona. Ergo & pastor, & bonus pastor: nihil quidem ad potestatem ac bonitatem pastoris pastorum: sed tamen etiam ipse & pastor, & bonus, & ceteri tales pastores boni.

B. Pastor cadit. 29.

Lectio ix.

Quid est ergo, quod pasto-ribus bonis commendas vnum pastorem; nisi quia in uno pastore doces unitatem? Et exponit apertius ipse Dominus per ministerium nostrum, ex ipso Euangelio, commemorans charitatem vestram, & dicens: Audite quid commendaui: Ego sum pastor bonus, dixi: quia omnes ceteri, omnes pastores boni membra mea sunt. Vnum caput, vnum corpus, unus Christus. Ergo & pastor ipse est pastorum: & pastores multi sunt vnius pastoris: & oves cum pastoribus sunt sub pastore.

Te Deum laudamus.

DIE XII. MAI.

Sanctorum Nerei, Achillei, & Domitillæ virg. atque Pancratij Martyrum, Semiduplex, cum commemor, Octaua S. Stanislai,

DIE XIII. MAI.

Sexta die infra Octauam sancti Stanislai.

In i. Nocturno leguntur Lectiones de Scriptura occurrenti.

In ii. Nocturni. Lectio iiiij.

Emerat forte diuus Stanislaus à Petro nobili viroatus ad ripam Vistulæ; in agro Lublinensis tractus, non sibi, nec suis, sed ecclesiæ. Mortuit Petrus prius quam venditio in tabulas publicas relata fuisset. Sumit hinc ansam nocendi Boleslaus, Petri nepotes hortatur, ut Stanislaum in ius ad suum tribunal vocent. Vocatur in ius Pontifex: sicut se ad Soletium, ubi tum sub papilionibus, more maiorum, dabant Rex magna iudicia. Iubetur titulum exhibere ruris possessi. Provocat ille ad testimonia: sed nemo audet regre prohibente. Tunc sanctus Pontifex omni auxilio humano

ac testimonio destitutus, in hanc vocem modestus prorumpit: Quoniam, inquit, diminutæ sunt veritates à filiis hominum: de terra veritas oriatur, & iustitia de celo prospiciat. In nomine Iesu Christi, cui seruio, & cuius ecclesiam tueor, recipio, me ab hinc tertio die, ipsum Petrum viuum testem veritatis, & aequitatis causa meæ, ad hoc tribunal adducaturum.

R. Lux perpetua. Lectio v.

Venit Petruvinum, in orationes, & ieuniase totum cum suis effundit: tertio demum die ad templum sancti Thomæ, ubi Petrus fuit sepultus, pergit, Deum summum & priimum veritatis vindicem, genibus flexis, inuocat, ac testem innocentie suæ cum Susanna appellat. Petrum deinde in nomine eiusdem Dei omnipotens compellat. Exi, inquit, foras Petre, ac sepulcrum à viuis veritati, mortuus de sepulchro perhibe testimonium. Prodit ille triennalis mortuus: stupor & admiratio inuadit omnes: dextra apprehensum ad tribunal regis, ita ut pollicitus fuerat, adducit Antistes: examinatur rex: stupet totum tribunal: nemo loquitur verbum, donec ipse Petrus: Ego sum, inquit, ille Petrus, qui testimonium veritatis redditurus, ex quietis sedibus venio huc. Huic ego ius meum iusto pretio vendidi & addixi. Regem deinde ac nepotes increpat, qui sancto viro absque causa negorium facessant. Victa & coacta malitia, secundum veritatem, sententiam fert. **R.** In seruis suis.

Lectio vi.

Aducit ab iudicio suum testimoniū Antistes: querit ex illo, numquid, vel pœnitentia causa,

causa, vitam sibi prorogari velit. Quod cum ille negat, iam scilicet se maiorem partem pœnarum in purgatorio exoluisset, nec iterum periculis ac procellis mundi ac peccati se committente velle: confidere se precibus sancti Dei à reliquiis pœnarum liberatum iri. Deducit illum ad locum quietis: quem ubi primùm attigit, expiravit. Interrogabant multi Petrum de rébus alterius saeculi: sed ille nihil cuiquam respondebat, præter illud? Habetis Moysen & Prophetas: non ad euangelizandum, sed ad testificandum missus sum. Audierant hoc vicinæ gentes, & gauisæ sunt: quia magnificauit Dominus misericordiam suam: & gratiæ agebant Deo, qui tantam potestatem dedit in hominibus. Confirmauit ea res Polonorum animos in fide, Russicis erroribus per septennium inquinatos: nomenque gentis illustrauit ubique: sed & vicinarum gentium corda ad Dominum Deum conuerit.

B. Filii Ierusalem.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Euangeli secundum Ioannem.

Lectio vii. Cap. 10. b

In illo tempore: Dixit Jesus Pharisæis: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Et reliqua. Homilia sancti Gregorij Papæ.

Homilia 4.

SVNT nonnulli, qui dum plus terrenam substantiam, quam oues diligunt, meritò nomen pastoris perdunt: de quibus protinus subditur: Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit. Non pastor,

sed mercenarius vocatur, qui non pro amore intimo oues Dominicas, sed ob temporales mercedes pascit. Mercenarius quippe est, qui locum quidem pastoris tenet, sed lucra animarum non quaerit; terrenis commodis inhiat, honore Prælatonis gaudet: temporalibus lucris pascitur: impensa sibi ab hominibus reuerentia lætatur. Istæ sunt etenim mercedes mercenarij, ut pro eo ipso, quod in regimine laborat, hic quod quare inueniat, & ab hereditate regis in posterum alienus existat.

B. O venerandam martyris. 28.

Lectio viii. Homil. 17.

AD messem multam operarij pauci sunt: quod sine graui mœrore loqui non possumus. Quia etsi sunt qui bona audiunt, desunt tamen qui dicant: Ecce mundus Sacerdotibus plenus est, sed tamen in messe Dei rarus valde inuenitur operator: quia officium quidem faceitate suscipimus, sed opus officij non implemus. Fructus quippe sanctæ Ecclesiæ in stipendio quotidiano percipimus, sed tamen pro æterna Ecclesia minime in prædicatione laboramus. Pensamus ergo, cuius damnationis sit, sine labore his percipere mercedem laboris. Pensamus cuius sit apud Deum criminis, peccatorum pretium manducare, & nihil contra peccata prædicando agere.

B. Pastor cadit. 29.

Lectio ix.

PENSEMUS ergo, qui umquam per linguam nostram conuersi, qui de peruerso suo opere nostra in crepatione correpti, penitentiā egerunt, quis luxuriam ex nostra eruditio[n]e deferruit, quis auaritiam, quis su-

perbiā declinauit? Pensemus quod lucrum Deo fecimus nos, qui accepto talento ab eo ad negotiū missi sumus. Etenim dicit: Negotiamini dum venio. Ecce iam venit, ecce de nostro negotio luctum requirit. Quale ei animarum lucrum de nostra negotiatione monstrabimus? Quot eius conspectui animarum manipulos de prædicationis nostræ fegete illaturi sumus? Ponamus ante oculos nostros illuminatæ distinctionis diem, quo iudex veniet, & rationem cum seruis suis, quibus talenta credidit, ponet. Ecce in maiestate terribili inter Angelorum atque Archangelorum choros videbitur. In illo tanto examine electorum omnium & reproborum multitudo deducetur, & vnuquisque quid sit operatus ostendetur. Te Deum laudamus.

In dieceſi autem Gneznensi sancti Seruati Confess. & Pontif. Dupl. cum commem. Octauæ S. Stanislai. Oratio.

Deuſ qui populo tuo sanctum dedisti Seruatiū prædicatorem, concede quæſumus, ut nos tanti Pontificis interceſſione, & tua pietatis defensio-ne, ab omnibus ubique libere-mur aduersis, & tranquilla pro-speritate in tua iugiter laude lætemur. Per Dominum.

Lectiones primi Nocturni, de Scriptura occurrenti.

In ij. Nocturno. Lectio iiiij.

Sanctus Seruatus Tungro-rum Episcopus, insignis Ca-tholicæ fidei confessor, strenuusque defensor ac propugnator fuit. Multum inter Episcopos Galliarum laudatur à Sulpi-cio Seuero, quod in conciliis Arimini & Seleuciae, minis & terriculis Arianaeorum non cef-

serit, sed contra illos fidei pro-fessionem ediderit. Quin & ma-gnus ille Catholicæ fidei con-fessor Athanasius præclaram eius mentionem facit.

R. Inueni Dauid. **Lectio v.**

Pateras quoque ac in gregem Christi charitas huius sancti viri fuit eximia. Nam, ut diuus Gregorius Turonensis scribit, vigiliis ac ieuniis vacans, cre-brò lacrymarum imbre perfu-fus, misericordiam Domini pre-cabatur, ne vñquam Hunnorum gentem incredulam in Gallias veniret permitteret. Atque sen-tiens per spiritum, pro delictis populi hoc sibi non fuisse con-celsum, Romam fuit ad beati Petri tumulum, ut adiunctis sibi Apostolice virtutis patrocinij, quæ flagitabat mereretur. facilius obtinere.

R. Posui adiutorium. **Lectio vij.**

IBi verò multis diebus fese oratione inediaque affligens, responsum accepit, Deliberatio-ne Domini sanctum esse, Hun-nos Gallias debere populari: ip-sius autem oculos ea mala non visuros. Ad suos ergo Tungros, ut iustus erat, redit properè: rebusque suis dispositis, vltimum eis vale dicit, Traiectensemque urbem moriturus accedit. Ibi enim modica febre correptus, ad meliorem vitam transiit. Cuius ibidem sepulchrum, quan-diu sub dio fuit, nix numquam attigit; multisque deinceps miraculis Deus illustrauit.

R. Iste est qui ante.

In tertio Nocturno, Homilia in Euangeliū. Ego sum vitis, & vos palmites, de Communi Martyrum tempore Paschali.

vij. Amauit eum Dominus.

viii. Sint lumbi vestri, ut in Communi Confessoris Pontif.

DIE

DIE XIII. MAI.

S. puma die infra Octauam
Sancti Stanislai.

S. Bonifacij mart. Commemor.

In i. Nocturno, leguntur Let-

tiones de Scriptura occurrenti.

In ii. Nocturno. Letio iii.

Considerant aliquantis per regis iræ, quæ tamē post eā facile exarserunt. Fecerat expeditionem rex contra Russiæ duces: quibus vieti ac profligatis, Kiouiaque capta, ipse cum milite suo vrbis amoenitate ac deliciis capit. Interim etiam coniuges longioris moræ pertæstæ, pro maritis seruos accipiunt. Milites recognita, relieto rege domum properant. Primum in illos ipsos tamquam desertores, deinde etiam in uxores ipsorum, rex immanni crudelitate animaduerit. Præterea rapina ac libidine nefanda se contaminat. Non ferendum hoc putauit bonus pastor: certamen tertium cum rege iniquo ingreditur: semel & iterum ad eum venit, à crudelitateque dehortatur, vt ex oculo suo trabem prius, deinde festucam ex oculis aliorum eruat, monet nisi faciat, se illum excommunicaturū minatur. Dum nihil proficeret, dumque videret ioco ac riū accipi omnia, die sacro Domini ad altare regem excommunicat. Perculxit ea res animum regis & exacerbavit, ita vt nil amplius, nisi de vita ac sanguine Stanislai cogitare videretur.

R. Lux perpetua. **Letio v.**

PEragebat rem sacram diuus Stanislaus octauo Idus Aprilis in facello Cracoviæ suburbanò, sancti Michaëlis dñs. Qua re cognita tyrannus, audacissimum quemque ex militibus ad interficiendum Dei fa-

cerdotem destinat. Qui vbi ad locum designandæ cædis perueniunt, stupefere incipiunt, alij cæcutire, cadere retro ceteri. Significabantur hæc à clero diuo Stanislao, sed ille suos nihil timere iubet: pro rege Deum deprecatur, se & suum ouile eidem commendat. Rex vbi morari suos videt, alios & alios mittit, qui manum Excelsi Episcopo adeste renuntiant. Arripit ipse gladium, ac veluti ferus Cain sanguinem iusti Abel persequitur; eademque omnia, quæ milites pertulerant, in se experit. Peracta demum res sacra, vbi Deus ipse permisit, vulnere lethali caput martyris proscindit, cerebroque eius parietem respergit. Male inchoatum opus regis improbi ministri deterius perficiunt: corpus sancti de templo extrahunt, in partes sepruginta duas discindunt, atque canibus auibusque deuorandum projiciunt: nefando demum opere perfecto abundant. **R.** In seruis suis.

Letio vi.

NOn tulit Deus militis sui corpus diu abiectum ac infame iacere: adest cælestis custodia aquilarum, quæ corpus disiectum, dum se cleris colligit, custodiant. Post biduum recipit animos cleris, tetrore ac timore dispersus, suique Episcopi membra honorifice componit. Effectit omnipotentia Dei, vt ita simul concrescent, ac si numquam diuissa fuissent. Digitus unus deerat; sed ne istum quidem diu latere passus est ille, qui custodit ossa sanctorum suorum. Lucerna eum cælestis, in vicinam piscinam coniectum, à pisceque deuoratum demonstrat. Collectum

ac concretum corpus, in vestibulo eiusdem facelli, magna pietate ac reverentia collocatur. Sic Stanislaus Octauo Episcopatus iui anno martyrio coronatur, vitamque mortalem pro immortali communat. **R.** Filiæ Ierusalem.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Euangeli i secundum Ioannem.

Lectio vij. Cap. 10. b

In illo tempore: Dixit Iesus Tharisëis: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro omnibus suis. Et reliqua. Homilia sancti Basili Episcopi.

De martyre Mansante.

Pastorem esse, nihil habet magnificum, nihil quod sapientia & industria referat exercitium. Caeus ergo ad iracundiam motus, proprii gratia, eum qui te laist, pastorem voces nihil habentem, nisi quod ad victimum attinet quotidianum; peram & clavum remisere, tamquam diurna subsidia, gestantem: nullam crassini curam habentem: bestijs hostem: mansuetorum animalium contubernalem: forum ac tribunalia fugientem: syecophantarum ac mercature ignorantem: diuitias nescientem: proprium reatum non habentem; sed sub eo, quod mundo cōmune est agentem: noctu ad cœlum suspicente & per astra conditoris admirabilem potentiam considerantem.

R. O venerandam. 28.

Lectio viii.

Qvi Deo primus placuit; Ab bel pastor fuit. Quis illum imitatus est? Moyses magnus ille legislator, qui ut periculum declinaret, quod à Pharaone imminebat, aufugit: qui fratum detestatus fuit infidias: iste inquam pecudes pauit in monte Horeb, & per pasturam ad col-

loquium Dei peruenit: Angelum in rubo, non iudicio dicteprans, sed pastorem agens, calesti colloquio dignatus, vidit. Quis Moyse subsecutus est? Iacob Patriarcha, qui pecudes paucendo pro veritate patientiam ostendit, & in modica imagine vniuersam vitam suam quasi quodam charactere obsignauit. Cui conuersationis huiusmodi zelum post se reliquit? Dauid à pecudum pastura peruenit ad regnum. **R.** Pastor cadit. 29.

Lectio ix.

Sores quedam sunt, pastura & regni administratio. Nisi quod illa irrationalium, ista vero rationalium animalium curam habet. Ita scilicet ad maiorem illa scientiam transitum habet. Quapropter Dñs utramque amplexus, & pastor est & rex: irrationales pascens, maiori ratione prædictus sub regni gubernationem includens. Vis discere quantæ dignitatis sit, pastor? Dominus, inquit, pascit me. Quis est iste? Rex glorie. Qui illic pastor, hic Rex dicitur. Nec putes illum ab alijs quidem pastorem vocari, ipsum vero id appellationis, pudoris gratia, non agnoscere: quin ipse degeneres pastores compescens in seipsum veræ pasturæ testimonium transfert. Ego, inquiens, sum pastor ille bonus.

Te Deum laudamus.

DIE XV. MAII.

In Octaua sancti Stanislai.

In j. Nocturno leguntur Letiones de Scriptura occurrenti.

In ij. Nocturno. Lectio iiiij.

Fcce enim Stanislaus computatus est inter filios Dei, & intersanctos fons illius est. Honorificauit eum Pater æternus, qui in cælis est: centu-

plum

plum accepit in hac vita, vitam & æternā possedit. Nā qui viuus cæcis viam demonstrabat, mortuus cæcos illuminat: qui viuus vnum solū mortuum, magna nostri orbis admiratione, à mortuis excitauit, mortuus plures de sorte mortis sustulit: qui viuus ferro Boleslui cessit, mortuus vniuersos exercitus atque acies integras, pitorum regum patronus & adiutor, gentisque sux amator, fugat. Itaque cùm locus ille, vbi depositus fuit, populi frequentiam, quæ illuc opis causa confugiebat, continere non posset, Lambertus huius nominis tertius, successor eius, & Princeps Vladislaus, diuinis visionibus admoniti, ossa Sancti, odorem suauissimum spirantia, sanctè ac reverenter in primarium templum Cracouense, sancti Venceslai tum dictum, transferunt. Sic suo altari Pontifex, Cathedra Doctor, templo Episcopus, populo pastor, post decennium restituitur.

vij. Lux perpetua. **Lectio v.**

Post centum tandem & septuaginta annos, excitat Dominus spiritum Prandotæ Episcopi Cracouensis, viri sancti Boleslai item Ducis, cum sua coniuge Kinga, femina castissima. Qui miraculis sancti Episcopi collectis, & fide publica, tamquam igni probatis, legatos ad Innocentium Quartum summū Pontificem mittunt: atque ut tantum virum in numerum Sanctorum referre velit, diligenter precantur. Fit consultatio Assisi, vbi tum forte erat Summus Pontifex. Inter alios tum unus aduersabatur cause diui Stanislai Reinholdus Cardinalis Ostiensis; vir primæ auctoritatis, incidit hic in grauem & lethalem

morbum: cui in somnis apparet diuus Stanislaus, indignè illum facere docet, qui Dei resstat voluntati: excitatur senex, Diuo se commendat, conualexit; causam anteā oppugnatam tueretur. Fit summus consensus omnium: Episcopus sanctus inter Martyres refertur.

vii. In seruis suis. **Lectio vij.**

Contigerat, Deo ita ordinante, inter ipsam rem sacram, ut mortuus adolescens à matre in illud templum diui Francisci dictum dederetur. Pontifex Deum supplex precatur, ut novo miraculo factum suum confirmet: erigit se subito adolescens: sit ingens letitia omnium. Summus Pontifex pro sugestu gratias Deo agit: Martyrem luculentissima oratione celebrat: diem octauum Idus Maij memoria eius solemnem assig- nat. Redeunt legati cum ingenti letitia, annuntiantes, quanta Deus fecit cum Martyre suo. Prandota Episcopus ossa Sancti ex puluere terræ subleuat, eaque pro more solito in altari condit, Boleslao rege pudico ac Regina pudicissimi, ceterisque Episcopis ac Ducibus regni & vicinarum Provinciarum afflentibus. Et factum est in die illa gaudium magnum: benedixitq[ue] Dominus nouissimus Stanislai, magis quam principio eius.

viii. Filia Ierusalem.

Quæ Lectiones legendæ sunt etiam 27. Septembribus in Translatione sancti Stanislai. 46.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Euangeli secundum Ioannem.

Lectio vii. Cap. 10 b

In illo tempore: Dixit Iesus Phariseis: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat

dat pro ouibus suis. Et reliqua.

Homilia sancti Basili Episcopi.

Quomodo, cum magna dicit: Ego manu mea firmaui terram, ego produxi caelos solus: quomodo cum alia dicit, quae digna sunt dici de Deo, sic dicit: Ego sum pastor bonus. Arctet degeneres, & veritatem sibi ipsi vendicat: Ego sum pastor ille bonus. Disce quis sit pastor, & quis sit bonus ille. Ipso hoc interpretatur: Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis: mercenarius vero, & qui non est pastor, cuius non sunt oves propriæ, illi nihil est curæ quando lupum venientem videt. Hoc querit Ecclesia: Si Dominus pastor est, quis sit mercenarius pastor? Num diabolus? Et, si diabolus mercenarius pastor est, quis sit lupus? At lupus diabolus est, bestia immanis, rapax, insidiosa, communis omnium hostis. Habeat itaque propriam appellationem mercenarius pastor.

R. O venerandam. 28.

Lectio vii.

Tunc quidem mercenarios pastores Dominus vocauit, ad eos conuersus, qui tunc erant: sunt vero & nunc (quod minime vellem) qui non ut profint ouibus pastores agunt: quibus propriè mercenariorum appellatio conuenit. Tunc Principes sacerdotum notabantur & Pharisei, & tota illa secta Iudaica: illos dixit mercenarios esse pastores, qui non veritatis, sed quæstus sui gratia pascendi protestatem usurparant: qui vano praetextu precationibus instabant, ut panem comedenter viduarum & orphanorum. Mercenarij sunt, qui proprium compendium curant. Qui presentia

sestantes, ad futura non aspirant, mercenarij sunt, non pastores. **R.** Pastor cadit. 29.

Lectio ix.

Et cognosco oves meas, & cognoscunt me meæ. Quid vocat cognoscere? Oves meæ, inquit, vocem meæ audiunt. Ecce quomodo cognoscatur Deus, ex eo quod præcepta illius audiimus: ex eo quod illa audientes opere adimplemus. Hæc demum est cognitio Dei, obseruantia videlicet præceptorum Dei, non inanis illa curiositas, non essentia Dei & supramundanorum inuestigatio, non rerum inuisibilium consideratio. Satis tibi sit, scire pastorem esse bonum, animam suam posuisse pro ouibus. Quantus vero sit Deus, & quæ illius mensura, & qualis essentia; talia sciscitanti sunt periculosa; ei autem qui rogatur perplexa: & talium medicina est silentium. Qui vero nostram hanc panegyrit congregavit, nos custodiat indemnes, illæfos, & à lupi rapacitate securos, ecclesiam hanc immotam, ac magis Martyrum turibus munitam, conseruet: omnes furentium hereticorum insidias & incusus, in tranquillitate ac silentio auertat: nobis vero donet, ut divina oracula discamus & doceamus, subministrata à Spiritu sancto gratia: cui cum Patre & Filio sit gloria & imperium nunc & semper & in secula sæculorum, Amen.

Te Deum laudamus.

In iij. Vespere fit Commem.

S. Vibaldi Episcopi & Confess.

Oratio. Da quæsumus.

DIE XIII. IV LII.

In festo sanctæ Margaritæ virginis & martyris. Duplex.

Omnia de Communi Virginum. Oratio. Indulgentiam.

Lectio-

Lectiones j. Nocturni. C omitebor tibi Domine Rex.

Ex his qui sunt apud Laurentium Surium.

In secundo Nocturno.

Lectio iiiij.

BEATA Margarita ex Antiochia Pisidia oriunda, filia fuit Aedesij, qui fuit illis temporibus vel maxime insignis sacerdos idolorum. Cuius eximia pulchritudine cum captus esset Olibrius præses Orientis, ita ut eam vxorem ducere haberet in animo, deprehensio quod Christiana esset, & nullo modo eius in Christum fidei rationem posset flestere, aut emollire blanditijs, varijs deinde tormentis eam est aggressus.

R. Propter veritatem.

Lectio v.

ITaque virgo sancta humi extensa, primò virgis immisericorditer cæsa est: deinde cum ita ebulliisset Olibrius, ferreis etiam laminis conclusa, & clavis affixa, ferreis laniata est fuscinis, ac sic in carcерem ducta. Vbi, ipsa orante, repenteque magno terræ motu excitato, diabolum suscepit forma terribilis draconis eam circumcursantis signo Crucis superauit, ac simul de cælo à plagiis omnino fuit curata.

R. Dilexisti.

Lectio vi.

Sequenti die impius Præses ad se vocatae, & in sententia persistenti iubet, vt nudata lampadibus pectus vratur & latera, ac deinde de ligno deposita, in magnum lebetem aqua plenum vineta coniiciatur, ac sic suffocetur. Vnde cum nihilominus salua evasisset, cum ea, quæ explicari non potest,

exultatione laudans Trinitatem, tandem ab impio Olibrio pronuntiata in eam capit is sententia, pulchre decertationis sue cursum peregit.

R. Adducentur Regi.

Ia iiij. Nocturno, Homilia in Euangeliū. S imile est regnum cælorum thesauro. de Communi nec virginis nec martyris.

R. vij. Os suum apparuit.

R. viii. Regnum mundi.

DIE XV. I V L I I.

In festo Divinitatis SS. Apostolorum. Duplex

Omnia de Communi Apostolorum præter ea quæ hic assignantur.

Ad Vesperas, Antiph. Hoc est præceptum. cum reliq. de Laudibus. Psalm. Dixit Dñs. cum reliquis de Dominica; & loco vñimi, Pial. Laudate Dominum omnes Gentes. Capitulum, F ratres, Iam non estis hospites. Hymnus, E xultet orbis gaudiis. ¶ In omnem terram exiuit sonus eorum: **R**. Et in fines orbis terræ verba eorum.

Ad Magnificat, Antiphona.

Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangeliū omni creaturæ, alleluia: qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, alleluia: qui autem non crediderit, condemnabitur, alleluia.

Oratio.

DEUS qui Ecclesiam tuam distributam per orbem terrarum sanctorum Apostolorum prædicatione fundasti, concede propitius, vt quorum hodierna die sub vna celebritate recolimus insignia, eorum in cunctis necessitatibus nostris experiamur suffragia. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum.

In

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Ioannis.

Chrysostomi.

I. de Pentec. tom. 3.

Lectio iii.

Quæ sunt tales stellæ sicut Apostoli? Stellæ in celo: Apostoli super cœlos. Quæ sursum sunt, inquit Apostolus, sapite, ubi Christus est in dextera Patris sedens. Stellæ de igne insensibili: Apostoli de igne intelligibili. Stellæ in nocte lūcent, in die obscurantur: Apostoli in die & in nocte suis radijs, hoc est virtutibus, effulgēt. Stellæ orto sole obscurātur: Apostoli sole iustitiae resplēdente, sua claritate lūcescunt. Stellæ in resurrectione cadent sicut folia: Apostoli in resurrectione rapientur in arēa nubibus. Et in illis quidem sideribus alias Antifer, alias Lucifer appellatur: in Apostolis autem, nullus Antifer est, omnes Luciferi: & ideo stellis maiores Apostoli. Et quicumque eos luminaria vocauerit mundi, non peccabit: non solum dum essent in corpore, sed etiam magis nunc, quando de hac vita migrarunt.

B. Vidi coniunctos.

Lectio v.

Peragrarunt pīscatores orbē tētrarūm, & infirmum eum inuenientes, ad sanitatem redūxerunt: & in ruina positum ad stabilitatem reuocauerunt; non scuta mouentes, non arcus tendentes, non sagittas mitentes, non pecunias largientes, non eloquentiæ confidentes. Et erant nudi quidem sēculo, sed induit Christum: pauperes, sed diuites; pecunia indigentes, sed regnum cœlorū possidentes. Non habentes humana solatia, habentes autem

Dominum suum. Ego enim inquit, vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sēculi. Peragrarunt uniuersum orbem terrarū oues simul cum lupis. Quis vidit? quis audiuīt? Dicit, Mittam uerū oues in medio lupo rum. Quid est uerū quam pastor oues mittit in medio lupo rum? sed magis, si viderit lupos, congreget oues. At verū Christus ē contrario fecit: oues ad lupos direxit, & vulneratae à bestijs non sunt, sed magis lupi ad ouium manuētudinem sunt conuersi.

B. Beati estis.

Lectio vij.

Vbi sunt nūnc, qui audeant Ecclesię contrarie? Quando nouella erat, in nullo potuit laeti di: & nūc quando usque ad cœlum peruenit, existimas eam posse superari? Et tunc quidem cum undecim essent Apostoli nullus eos superare potuit; sed pauci homines totum ceperunt mundum: & nūc quando terra & mare, & orbis terrarū, & inhabitabiles regiones, & ciuitates & omnes fines terræ pietate repletæ sunt, putas eam te posse ledere? sed non poteris. Christus enim propter eā passus est, portæ inferi non præualebūt aduersus eam. Facilius cœlū exterminari potest, & terra perire, quam aliquid mali pati Ecclesia.

B. Ipsi sunt triumphatores.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Euangeliū secundum Lucam.

Lectio vii.

Cap. 9.

In illo tempore: Conuocatis Iesu duodecim Apostolis, dedit illis uirtutem, & potestatem super omnia dæmonia, & ut languores curarent. Et reliqua.

Homi-

Homilia venerabilis Bedæ
Presbyteri.

BEnignus & clemens Dominus ac Magister non inuidet seruis atque discipulis virtutes suas. Et sicut ipse curauerat omnem languorem, & omnem infirmitatem, Apostolis quoque suis tribuit potestatem, ut curent omnem infirmitatem, omnemque languorem. Sed multa distantia est inter habere & tribuere, donare & accipere. Iste quodcumq; agit, potestate Domini agit: illi si quid faciunt, imbecillitatem suam & virtutem Domini cōsiderent, dicentes: In nomine Iesu surge & ambula.

P. Isti sunt qui viuentes.

Lectio viij.

ET misit illos prædicare regnum Dei, & sanare infirmos. Fortasse enim nemo crederet hominibus illiteratis, promittentibus regna cælorum; ideo concessit illis primum potestatem signorum; & tunc misit prædicare regnum Dei; vt promissorum magnitudinem attestaret etiam magnitudo factorum: fidemque daret verbis virrus ostensa: & noua facerent, qui noua prædicarent.

P. Ite in orbem vniuersum, & prædicate dicentes. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. **V.** Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangeliū omni creaturæ. Qui crediderit. **G**loria. Qui crediderit.

Lectio ix.

Verū signa quæ tunc per Apostolos corporaliter siebant, quotidie in sancta Ecclesia per sanctos prædicatores spiritualiter fiunt. Cùm in fide quis infirmus, eorum prædicatione roboratur ad fidem: cùm mortuus quis in peccatis, gratia

& misericordia Dei compunctus, per eorum eruditionem resuscitatur ad pœnitentiam & confessionem peccatorum suorum, dignaque emendatione vitam merebitur sempiternam.

Ad Benedictus Ana. Conuocatis Iesus duodecim Apostolis, dedit illis virtutem & potestatem super omnia dæmonia, & ut languores curarent.

In secundis vesperris, ad Magnificat, Antiphona. Egressi duodecim Apostoli, circuibant per castella, euangelizantes & prædicantes vbique.

DIE XVI. IV LII.

In diœcesi Gneznensi ss. Eremitarum Andreae ac Benedicti Polonorum. **O**ratio.

Deus, qui nos concedis sanctorum martyrum tuorum Andreæ & Benedicti natalitiam colere: da nobis in æterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per Dominum.

Lectio prima de Scriptura occurrenti.

P. j. Propter testamentum. de Communi plurim. Martyrum.

Lectio ii.

Ex Maur. Epist. Quinque clesi.

Sicutus Andreas Suiradus, quem alij Zoerardum nominant, ex Polonia prouincia ortus, Christiana religione tum primam in Polonia & Hungaria florente, vitam monasticam in cenobio Zobor dicto, apud Nitriam ciuitatem, sub Philippo Abbatे professus est. In ea videlicet Slauorum & Hungarorum regione, que Moravia Danubioque confiniis, Sarmatia Pannonia olim dicta fuit, mira illius viri abstinentia, carnisque mortificatio prædicatur, ut præter triduanam frequenter medium, Quadrageſimam quo-

quoque solis quadraginta nucibus contentus transigeret : nihilominus tamen interdiu operaretur, noctu vero vix quidquam quietis caperet. Sedenti enim iuxta spineam sepem somnus erat, lumbis catena occulta ærea præcinctus.

V. Sancti mei.

Lectio iii.

A Ndreæ in huiusmodi exercitiis defuncto, Benedictus eius discipulus, gentis itidem Poloniae, successit : magistrique mores & vitam imitatus, triennio superuixit. A latronibus denique spe inueniendæ pecuniaæ trucidatus, & in flumen proximum Vagum nomine proiectus est. Vbi corpus eius demersum, anno toto sub aquis delituit: tandem aquilæ, locum quotidie obseruantis, indicio inuentum est integrum & incorruptum: in temploque sancti Emmerami corpori magistri sui appositum.

Te Deum laudamus.

Ad Laudes, & per Horas, Officium de pluribus Martyribus.

**DIE XVI. AVGUSTI
In festo sancti Hyacinthi Confessoris. Duplex.**

Antiphona. Similabo eum viro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram. **V.** Amauit eum Dominus, & ornauit eum. **R.** Stolam gloriae induit eum.

Oratio.

Deus, qui nos beati Hyacinthi Confessoris tui annua solemnitate lætificas : concede propitius, ut cuius natalitia colimus, etiam actiones imitemur. Per Dominum.

In Hymno, Iste Confessor, dicitur. Hac die lætus meruit supremos Laudis honores.

Lectiones primi Nocturni leguntur de libro Scripturæ eo-

tempore occurrentis, vt dicitur in rubrica Breuiarij Romani ante Dominicam iiij. Augusti.

In ii. Nocturno. Lectio iii.

H Yacinthus Polonus, nobilibus & Christianis parentibus in Camiensi Villa Episcopatus Vratissauiensis natus est. A pueritia litteris instruatus, post datam Iurisprudentiaz & sacris Litteris operam, inter Canonicos Cracovienses adscitus; insigni morum pietate, & summa eruditione ceteros antecelluit. Romæ in prædicatorum Ordinem ab ipso institutore sancto Dominico adscriptus, perfectam viuendi rationem, quam ab ipso didicerat, usque ad finem vitæ sanctissime retinuit. Virginitatem perpetuò coluit: modestiam, patientiam, humilitatem, abstinentiam, ceteraque virtutes, ut certum religiosæ vitæ patrimonium, adamauit.

V. Honestum fecit.

Lectio v.

C Haritate in Deum feruens, integras sæpè noctes fundendis precibus, castigandoque corpori insumens, nullum eidem leuamentum, nisi lapidi innixus, siue humi cubans, adhibebat. Remissus in patriam, Frisiaci primùm in itinere amplissimum sui Ordinis monasterium, mox Cracoviæ alterum erexit. Inde per alias Poloniæ Regni prouincias, aliis quatuor exædificatis, incredibile dictu est, quantum verbi Dei prædicatione, & vitæ innocentia apud omnes profecerit. Nullum diem prætermisit, quo non præclara aliqua fidei, pietatis atque innocentiaz argumenta præstiterit.

V. Amauit eum Dominus.

Lectio

Lectio vi.

Sanctissimi viri studium erga proximorum salutem maximis Deus miraculis illustrauit. Inter quæ ilud insigne, quod Vandalum fluuium prope Visogradum aquis redundantem nullo nauigio vsus traiecit, sociis quoque expanso super vndas pallio traductis. Admirabiliter genere ad quadraginta prope annos post professionem perdueret, mortis die suis Fratribus prænuntiato, ipso Assumpta Virginis Festo, Horis Canonis perfolutis, Sacramentis Ecclesiasticis summa cum veneratione perceptis, iis verbis, In manus tuas Domine, spiritum Deo reddidit, anno salutis millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo. Quem miraculis, etiam post obitum, illustrem, Clemens Papa Octauus in Sanctorum numerum retulit.

R. Iste homo.

In tertio Nocturno legitur Homilia S. Gregorij Papæ in Euangelium. Sunt lumbi vestris de Comm. Confess. non Pontificis.

In Laudibus fit commemor. Octauus Assumptionis, Antiphona. Quæ est ista, quæ ascendit sicut aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata? Exaltata est sancta Dei genitrix, **R.** Super choros Angelorum ad cælestia regna.

Oratio.

Famulorum tuorum, quæsumus Domine, delictis ignore: ut, qui tibi placere de actibus nostris non valemus, genitricis Filij tui Domini nostri intercessione saluemur.

Et Octauus S. Laurentij, **A**n eratcula te Deum non negavi, & ad ignem applicatus te Chri-

stum confessus sum: probasti cor meum, & visitasti nocte: igne me examinasti, & non est invenita in me iniquitas. **V.** Dispergit, dedit pauperibus. **R.** Iustitia eius manet in sæculum sæculi.

Oratio.

Da nobis, quæsumus omnipotens Deus, vitorum nostrorum flamas extinguere: qui beato Laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per Dominum.

In secundis Vespéris à Capitulo fit de die Octaua S. Laurentii, cum commemorat S. Hyacinthi, & Octauæ Assumptionis.

DIE XXIIII. SEPTEMBRIS.

In diocesi Vladislauensi, tandem Martirum Thysfi, Palmatij, & sociorum. Duplex.

In secundo Nocturno.

Lectio iiiij.

Ex iis que habentur apud Laurentium Surium.

THebaæ legionis milites, insignis Christiani, ab Episcopo Ierosolymitano baptizati, à Marcellino deinde Pontifice Romano præceptis salutaribus instructi fuerant. Duxes duos habebant, unum Thrysus, alterum Secundum nomine, Primicerium verò Mauritium. Ex quibus Secundis, apud Victimilium Italæ castrum martyrio vitam finiuit: Mauritius apud Agaunum cum sociis suis pro Christo occubuit. Thrysus autem & Bonifacius, cum plurimis sociis & principibus Treuerini deuenerunt, ibique in campo Martio castra fixerunt.

R. Sancti tui. **Lectio v.**

Sub idem tempus Ricciarius à Maximiano Imperatore pfectura Treuirorum donatus; eamdem vibem maximo militum agmine stipatus intravit.

uit. Qui vocatos ad se in primis Thebae legionis Christianos, hortatus est, ut & ipsi Romanorum deos adorare, eorumque detraectores armis subiugare vellent. Cui Dux Thiyitus cum responderet, se suoique omnes pro Christi amore malle mori, quam huiusmodi facilegio pollui: Reticouatus diffusis per totum campum militibus, omnes praecepit interfici, & corpora eorum feris & auribus devoranda prolixi.

R. Verbera carnificum.

Lectio vij.

Hanc cædem cum Reticouatus quarto Nonas Octobris exercuisset, sequenti die in ciues Christianos satuit: Palmatiumque proconsulem & patrictium civitatis cum undecim viis primariais occidit. Nihilominus die tertio in plebem sexus vtriusque cædem exercuit: totamque vibem occisis Christianis innumerabilibus impleuit. Annus hic fuit à Christi nativitate supra ducentesimum nonagesimus primus.

R. Tamquam aurum.

DIE XXVII. SEPTEMBRIS.

Translatio sancti Stanislai.

Duplex.

Omnia vt in ipso die festo S. Stanislai in Maio, 25. exceptis Lectionibus primi Nocturni, quæ leguntur de Scriptura occurrenti, & Lectionibus ij. & iij. Nocturni, vt in eius die Octaua 38.

DIE XXVIII. SEPTEMBRIS.

In festo S. Venceslai martyris.

Duplex cum Octaua.

Cracoviæ tantum in Cathedraли Ecclesia: alibi autem duplex sine Octaua. Omnia de Communi ynius Martyris, præter hanc.

Oratio.

Deus, qui beati Venceslai nobilitatem in meliorem mutasti dignitatem, & eum per martyrii palmam ad cælestem perduxisti gloriam: eius precibus nos, quæsumus, ab omni aduersitate libera, & æternæ beatitudinis concede perfici gloria. Per Dominum.

Lectiones primi Nocturni, F rares, debitores sumus. de Communi plurium martyrum.

Lectiones secundi Nocturni extra Cathedralem Ecclesiam Cracou. eadem quæ positæ sunt in Translatione eiusdem S. Venceslai 5. die Martij. 7.

In Cathedrali autem Cracou. vbi cum Octaua celebratur.

Lectio iiiij.

Venceslaus Dux & Martyr Boemiarum, patre Christiano Bozziuio principe Boemiarum, & matre Drahomira gentili natus, ad educandum auctæ feminæ honestissimæ Ludmilæ à patre traditus, ab ea sic in omni pietate & vita integritate institutus est, vt eam virginitatem, quam ex vetero matris sue exportauit, perpetuò conseruaret: cui custodes, alias amplissimas virtutes, chaitatem, humilitatem, modestiam, verecundiam, orandiisque perseverantiam, adiunxerat.

R. Honestum fecit. Lectio vij.

Enæ, patiter eius moriens omnem gubernationem regni commiserat, cum Venceslaus adolescens, ad Reipublicæ regimen, propter atatem, nondum matutinus esset; mater autem impie & crudeliter cum iuniore filio Boleslao viuerent, ac infideles ambo more infidelium dominarentur. **R.** Desiderium.

Lectio

Lectio vi.

Offensa ea re Drahomira, fure re cœpit, ac viræ Ludimilæ infidari. Quam ad extremum, submissis duobus scutulis, magis scelere quam genere nobilibus, per summum scelus interfecit, ipsa summa rerum cum improbo filio potita est, grauis suis, molesta omnibus, Christianis inimicissima.

R. Stola iucunditatis.

In tertio Nocturno, Homilia in Euangeliū. **S**i quis vult post me venire, qua per totam Octauam, quando Oific. fit de S. Venceslao repetitur.

Vesperæ à Capitulo de sequenti; Cracoviæ tantum in Cathed. Ecclesia.

Alibi integræ Vesperæ de sequenti.

DIE XXIX. SEPTEMBERIS.

Sancti Michaëlis Archangelii. Duplex.

Eo die in Laudibus non fit Commemoratio Octauæ S. Venceslai, sed in secundis Vesperis.

DIE XXX. SEPTEMBERIS.

Sancti Hieronymi Presbyteri Confessoris & Ecclesiæ Doctoris. Duplex.

Commem. Octauæ S. Venceslai.

DIE I. OCTOBRIS.

SS. Cosmæ & Damiani Martyrum. Semiduplex.

Commemor. O&E. & S. Remigij Episcopi & Confessorum ix. Lætatione.

DIE II. OCTOBRIS.

Quinta die infra Octauam sancti Venceslai.

In ij. Nocturno. Lectio iiiij.

In iustum & potentem dominatum Drahomiræ ac Boleslai dum amplius Boëmi preferre non possunt, Pragæ Venceslaum iam adultum iuuenem in Regem eligunt, illique habe-

nas imperij committunt. Quod ille plus ieiunio, orationibus, cilio, ac aliis piis operibus texit, quam imperio: illud planè occinens, Septies in die laudem dixi tibi super iudicia iustipæ tua. **R.** Honestum fecit.

Lectio v.

Tanto fuit ardore orationis, ut summa hieme nonnumquam ex pedibus eius sanguis effueret, ac ex vestigiis ipsius plutes incalcerent. Aggressus eum regnumque ipsius Dux Curiensis Radislavus, cum multa frustrâ tentasset, ad extremum ipsum ad singulare certamen prouocauit. Sucepit magno animo conditionem magnus Princeps, vita sua suorum salutem repræsentare volens: verum Deus ipse crudelis pugnae di- remptor fuit. **R.** Desiderium.

Lectio vi.

Dum enim vir sanctus prælium ingressus equum conseruit, aduersarius eius animaduertit, illi ab Angelo hastam porrigi, se vero ea voce moneri: Ne feri. Qua re petteritus, ex equo desilit: ad pedes sancti veniam petens procedit: quem ad parcendum, quam ad vlciscendum paratiorem inuenit. **R.** Stola iucunditatis.

In tertio Nocturno, Homilia in Euangeliū. vt in ipso die. **47.**

DIE III. OCTOBRIS.

Sexta die infra Octauam

S. Venceslai.

In secundo Nocturno.

Lectio iiiij.

Neque semel tamen, vt dictum est, Venceslao Angeli vitam angelicam ducenti, testimonium virtutis & sanctitatis reddiderunt: sed iam longe ante adolescēti in aula Ottonis Imperatoris

ris commoranti, qui illum à superbo mundo despectum, cruce aurea diuinitus signatum, in conspectu Imperatoris perduxerunt. Qua re Imperator commotus, & in conselium suum eum recepit, & brachio sancti Viti donauit: in cuius honorem ille post amplissimum templum Pragæ extruxit.

B. Honestum fecit.

Lectio v.

INUIDIT & genti & Principi eam felicitatem generis humani hostis: impiam matrem, alteram Attaliam, in furias verit. Hæc filium fratris Venceslai male germanum stimulat, de regno cogitet, fratrem de medio tollat. Suscipit malum semen improbus ager: in cædem fratris totus diffunditur; quem ad funestum conuiuum vocat.

B. Desiderium. **Lectio vi.**

NON recusat iustus Abel nec inscius nec inuitus: Sacramentis se præmunit. Post fraternalm & hospitalem mensam, proxima nocte ante templum orans cæditur: fit Deo gratissima hostia. Nec diutamen exultauit scelus in victoria: nam & matrem, non ita multum post, in arce Pragensi, terra absorpsit viuam, & filius non diu gessit principatum fratris sui sanguine comparatum.

B. Stola iucunditatis.

In tertio Nocturno, Homilia in Euangeliū, vt in ipso die. 47.

DIE II, III. OCTOBRIS.

S. Francisci Confessoris.

Duplex.

Commem. Octauæ in Laudib.
In secundis Vesperis à Capitulo
de Octaua.

Et fit Commemorat. **S. Francisci & SS. Placidi & sociorum Martyrum.**

DIE V. OCTOBRIS.

OCTAUÆ S. VENCESLAI. DUPLEX.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iii.

NON effugerunt iustum Dei vindictam soci & administri tanti facinoris. Alij per dæmones exagitati, umbram suam timentes, se præcipites in flumen dederunt, submersisque sunt: alij vero mente capti fugam inierunt, & nusquam amplius comparuerunt: alij autem varijs & grauibus morbis percussi, vt hominibus essent exosí, vitam miserabiliter finierunt. Sanguis quidem iusti Abel, qui hora passionis multus fuit effusus, ad Deum sanctè clamans, multis & iteratis co-natibus non potuit aboleri.

B. Honestum fecit.

Lectio v.

CVM enim à ministris in patribus & paumento ecclesiæ ablucus esset, & penitus detersus, postridie à fidelibus ecclesiam intrantibus multò magis visus est apparere. Idem sapientius ac vehementius magna vi & conatu detersus, magis viuus apparuit: quantoque crebrius detergebat, tanto magis parientes cruentati aspiciebantur. Ministri itaque stupentes super hoc miraculo, sanguinem deinceps abluere cessauerunt. Sicque sanguis innocenter effusus, in testimonium tanti parricidij, indeletus ibidem permanens.

B. Desiderium. **Lectio vi.**

ET domi quidem hæc subobscurius, ob metum tyran尼 gerebantur: at qui habitat in cælis, non passus est hæc obscura fieri: vetum ad vlymas usque insulas marisque extrema

trema perfitti. Regi Daniæ immittit visionem, eum de crudeli cæde Regis sancti facit certiorem: in eius honorem & memoriam templum amplissimum sibi ædificari iubet: ut quem domestica impietas oppresserat, eum externa pietas illustraret ornaretque.

R. Stola iucunditatis.

In tertio Nocturno, Homilia in Euangelium, ut in ipso die festo. 47.

DIE X. OCTOBRIS.

Officium Gratiarum actionis pro Victoria ex Turcis anno M. DC. XXI. eodem die obtenta. Duplex.

AD VESPERAS,

Aria. Cantemus Domino. cum reliquis de Laudibus. 53. Psalmus. Dixit Dñs. cum reliq. de Dñica: & loco vltimi, Psal. Laudate Dominum omnes Gentes.

Capitulum. 2 Cor. 1.

Benedictus Deus & Pater Dñi nostri Iesu Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra.

Hymnus.

Superne regum Rex bone, Fons pacis & victoriae, Deus Pater sperantium, Vltor superbientium: Ad iusla cuius turgidæ Maris procellæ sublident; Iris leones exuunt, Sol stat stupens, nec se mouens.

Quod fulgurante desuper Gentes feroce expauent, Hostes tremunt, mali fremunt, Boni triumphant gaudio.

Tu barbaros Osmanicos Apres fugas è vinea, Poloniae Regnum tuæ A clade dira vindicans Ergo tuo celissimo Sit nomini laus gloria,

Qui trinus ac unus Deus, Per sæcla viuis omnia, Amen. **V.** Sancti per fidem fortis facti sunt in bello. **R.** Castra veterunt exterorum.

Ad Magnificat, Antiphona.

Benedictus Dominus Deus noster, qui docet manus nostras ad prælum, & digitos nostros ad bellum.

Oratio.

Deus, qui in summis Regni nostri periculis antiqua brachij tui miracula renouauit; suscipe gratiarum actiones exultantium populorum: & quibus tanti gaudijs causam præstisti, perpetuæ fructum concede latitiae. Per Dominum.

Ad Matutinum, Inuitatorium.

Regem qui redimit de interitu vitam, * Venite adoremus.

Psalmus. Venite, exultemus.

Hymnus. Superne regum. **v** supra in primis Vespertis.

In primo Nocturno, Aña.

Fortitudo mea & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem. Psalmus. Domine Dominus noster. cum reliquis ut in festo SS. Trinitatis. Aña. Dignus es Domine accipere gloriam, honorem, & virtutem.

Psalmus. Cæli enarrant. Antiphona. Tua est, Domine, magnificentia, & potentia, & gloria, atque victoria. Psalm. Domini est terra. **V.** Benedic anima mea Domino. **R.** Et omnia, quæ intra me sunt, nomini sancto eius.

De libro secundo Machabœoru,

Lection. Cap. 5.

Felix Nicanor quidem cum summa superbia erectus cogitauerat commune trophyum statuere de Iuda. Machabœus autem semper confidebat cum omni spe auxilium sibi à Deo affuturum: & hortabatur

C suos,

Officium Gratiarum adienis.

suos, ne formidarent ad aduentum nationum, sed in mente haberent adiutoria sibi facta de cælo; & nunc sperarent ab Omnipotente sibi affuturam victoriam. Et allocutus eos de lege & Prophetis, admonens etiam certamina quæ fecerat prius, promptiores constituit eos; & ita animis eorum erexit, simul ostendebat Gentium fallaciam, & iumentorum præuaricationem. Singulos autem illorum armavit non clypei & hastæ munitio-ne, sed sermonibus optimis, & exhortationibus. Exhortati itaque Iudeæ sermonibus bonis valde, de quibus extollit posset impetus, & animi iuuenium confortari, statuerunt dimicare & configere fortiter, ut virtus de negotijs iudicaret.

R. Facile est concludi multos in manu paucorum, & non est differentia in conspectu Dei cæli, * Liberare in multis, & in paucis. **V.** Non in multitudine exercitus victoria belli, sed de cælo fortitudo est. Liberare.

Lectione ij.

ET, cum iam omnes sperarent iudicium furiarum, hostesque adessent, atque exercitus esset ordinatus, bestiarum equitesque opportuno in loco compotiti, considerans Machabæus aduentum multitudinis, & apparatum varium armorum, & ferocitatem bestiarum, extendens manus in cælum, prodigia facientem Dominum inuocauit, qui non secundum armorum potentiam, sed prout ipsi placet, dat dignis victoriam. Dixit autem inuocans hoc modo: Tu Domine, qui misisti Angelum tuum sub Ezechia Rege Iuda, & interfecisti de castris Sennacherib centum octoginta quin-

que millia: & nunc dominator calorum mitte Angelum tuum bonum ante nos in timore & tremore magnitudinis brachij tui, ut metuant qui cum blasphemia veniunt aduersus sanctum populum tuum.

R. Quis similis tui in fortibus Domine, quis similis tui? Magnificus in sanctitate: * Terribilis, atque laudabilis, & faciens mirabilia. **V.** Dux fuisti in misericordia populo, quem redemisti. Terribilis.

Lectione iiij.

Nicanor autem, & qui cum ipso erant, cum tubis & canticis admouebant. Iudas vero, & qui cum eo erant inuocato Deo, per orationes congregati sunt: manu quidem pugnantes, sed Dñm cordibus orantes, prostrauerunt non minus triginta quinque millia, praesentia Dei magnifice delectati. Cumq; cefassent, & cum gaudio redirent, cognoverunt Nicanorem fuisse cum armis suis. Facto itaq; clamore, & perturbatione excita-ta, patria voce omnipotentem Dñm benedicebant. Itaque omnes communi consilio decreuerunt nullo modo diem istum absque celebritate præterire.

R. Procidebant vigintiquatuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant viuentem in secula seculorum: * Et mittebant coronas suas ante thronum.

V. Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam, honorem, & virtutem. Et mittebant, Gloria Patri. Et mittebant.

In secundo Nocturno, Aña.

Adonai Domine, magnus es tu, & præclarus in virtute tua, & quem superare nemo potest. **Plamus.** O mnes Gentes plaudite. **Antiphona.** Non in multitudine exercitus victo-

Officium Gratiarum actionis.

ris belli , sed de cælo fortitudine est. **Psalmus.** M agnus Dominus. **Antiph.** Vir obediens loquetur victoriā , vit impius procaciter obfirmat vultum suum.

Psalmus. D eus iudicium tuum. **V.** Iste Deus meus , & glorificabo eum. **R.** Deus Patris mei , & exaltabo eum.

Lectio iiiij.

Sigismundo Tertio Rege, manus Turcarum tyranus immensis ex Europa, Asia, Africa contractis copiis , Tatarorum etiam Principe , qui longe maiorem iusto ducebat exercitum , in bellī societatem accito , Reipublicae Christianae vastitatē atque excidium minitans , in Poloniā mouit. Tanti aduentantis hostis fama minime consternatus Sigismundus , cūm sciret non in multitudine exercitus victoriam , sed de cælo esse fortitudinem , ope diuina suppliciter implorata , Dei genitrice , Regniique Patronis conciliaitis , fortiter constanterque bellum suscepit.

R. Tu venis ad me cum gladio , & hasta , & clypeo: Ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum. **V.** Dabit te Dominus in manu mea , & percutiam te , & auferam caput tuum. Ego autem venio. **Lectio v.**

Pramissus ad fines Poloniae non maximo numero exercitus , qui hostem sustineret , dum Sigismundus omnem Regni nobilitatem trahens adueniret. Castra in hostili ditione ad Chocimum posita , vt bellum potius inferre , quam illatum repellere Poloni viderentur. Decies , & quidem comite semper victoria , acie pugnatū : toties à castrorum oppugnatione ingenti cum clade relectus ho-

ffis toties erupere nostri feliciter , Turcarum stationes prospere toties incursauere , vt Dominum exercituum à nobis stare apertissime pateret.

R. Persequebatur unus mille , **V.** Et duo fugabant decem milia. **V.** Nonne ideo quia Deus suus vendidit eos , & Dominus conclusit illos? Et duo.

Lectio vij.

Frausta tandem tot cladibus inflictis Osmani contumacia. Cūm se frustra aduersus Deum pugnare intellexisset , ad ipsos Poloniae fines eodem in loco mensem integrum , eoque amplius habuisse inglorius , sexaginta militum millia cæsa desideraret , maiorem longe numerum belli incommoda abstinpsissent , stratos suorum cadaueribus vndique campos cerneret , ipse iam Sigismundus cum Poloniae flore maioribus copiis immineret , qui bellum intulerat , pacem expetit , acceptisque conditionibus sexto Idus Octobris prior castra mœvit , ex appetita armis Polonia nihil omnino præter ignominiam & decus reportaturus. Is dies , intanti beneficij memoriam , ut Deo sacer , festusque Poloniae ac solennis perpetuo in posterum foret , Sigismundus ipse Rex , Regniisque Antistites à Gregorio Quintodecimo imperatraueri : mox Vladislao , qui parenti succelerat , & in castris belli tempore fuerat , vt proprio ac peculiari officio ad gratias agendas accommodato Horas canonicas eodem die Polonia persolveret , Urbanus Octavius indulxit.

R. Dextera tua Domine magnifica est in fortitudine :

V. Dextera tua Domine peccati-

fit inimicum. ¶ In multitudo-
ne gloriae tuæ deposuisti aduer-
sarios tuos. Dexter tua. **G**loria
Patri. Dexter tua.

In terio Nocturno, Aña.

Ædificauit Moyses altare: & vo-
cauit nomen eius, Dominus ex-
altatio mea. **Psalmus.** **C**antate
Domino canticum nouum : *
cantate. **Antiph.** Dominus con-
tterens bella, Dominus nomen
est illi. **Psalm.** Ominus regna-
uit. **Antiphona.** Dominum for-
midabunt aduersarij eius, & su-
per ipsos in cælis tonabit. **Psalmus.** **C**antate Domino canti-
cum nouum : * quia. ¶. Bene-
dic anima mea Domino. ¶. Do-
mine Deus meus magnificatus
es vehementer.

Lectio sancti Euangelij secun-
dum Lucam.

Lectio vii Cap. 21.c.

In illo tempore : Dixit Iesus
discipulis suis: Cùm audieritis
prælia, & seditiones, nolite ter-
rei: oportet primum hæc fieri,
sed nondum statim finis. Et re-
liqua.

Homilia sancti Gregorij Papæ.
Homilia 35. in Euangelia.

Dominus ac Redemptor no-
ster perituri mundi præcur-
rentia mala denuntiat, vt eò
minus perturbent venientia, quo
fuerint præscita. Minus enim ia-
cula feriunt, quæ præudentur:
& nos tolerabilius mundi mala
fuscipimus, si contra hæc per
præscientiæ clypeum munimur.
Ecce etenim dicit : Cùm audie-
ritis prælia, & seditiones, nolite
terreri: oportet enim primum
hæc fieri, sed nondum statim
finis. Pensanda sunt verba Re-
demptoris nostri, per quæ nos
aliud interiùs, aliud exteriùs
passuros esse denuntiant. Bella
quippe ad hostes pertinent, se-

diones ad ciues. Ut ergo nos
indicet interiùs exteriùsque tur-
bari, aliud nos satetur ab hosti-
bus, aliud à fratribus perpeti.

R. Reddidit Dominus iustis
mercedem laborum suorum, &
deduxit eos in via mirabilis : * Et
fuit illis in velamento diei, &
in luce stellarum per noctem.
¶. Transtulit eos per mare Ru-
brum, & transuexit, eos per a-
quam nimiam. Et fuit illis.

Lectio viii.

Sed his malis præuenientibus,
quia non statim finis sequar-
tur, adiungit : Surge gens con-
tra gentem, & regnum adue-
sus regnum, & terramotus ma-
gnum erunt per loca, & pestilen-
tia, & famæ, terroresque de
celo, & signa magna erunt. Vi-
tima tribulatio multis tribula-
tionibus præuenitur, & per crea-
bra mala, quæ præueniunt, indi-
cantur mala perpetua, quæ sub-
sequentur. Et ideo post bella, &
seditiones, non statim finis: quia
multa debet mala præcurrere, vt
malum valeant sine fine nuntiare.

R. Iusti tulerunt spolia impio-
rum, & decantauerunt, Domine,
nomen sanctum tuum : * Et vi-
tricem manum tuam laudaue-
runt pariter. ¶. Sapientia ape-
ruit os mutorum, & linguas in-
fantium fecit disertas. Et vietri-
cem. **G**loria Patri. Et vietri-
cem.

Lectio ix.

Sed cùm tot signa perturba-
tionis dicta sint, oportet, vt
eorum consideratione breuiter
singula perstringamus : quia ne-
cessè est, vt alia è celo, alia è
terra, alia ab elementis, alia ab
hominibus patiamur. Ait enim:
Surget gens contra gentem, ec-
ce perturbatio hominum : erunt
pestilentia, ecce inæqualitas
corporum : erit famæ, ecce ste-
ritas

rilitas terræ; terrorsque de cælo, & tempestates, ecce inæquilitas æris. Quia ergo omnia consummunda sunt, ante consummationem omnia perturbantur; & qui in cunctis deliquimus, in cunctis ferimur: ut impleatur quod dicitur, Et pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos. Te Deum.

A D L A V D E S
& per Horas. Aña.

CAntemus Domino: gloriose enim magnificatus est, e- quum & ascenorem deiecit in mare. **Psal.** **U**ominus regnauit. **Aña.** Déxtera tua, Domine, magna ficia est in fortitudine: déxtera tua percussit inimicum. **Psal.** I ubilate Deo. **Aña.** Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore. **Psal-**
mus. **D**eus Deus meus. **Aña** Iu- sti decantauerunt, Domine, no- men sanctum tuum, & victricem manum tuam laudaueunt pariter. **Psal.** **B**enedicte omnia opera. **Aña.** Egō autem in Do- mino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo. **Psal.** **I**auda- te Dominum de cælis.

Capitulum 2. Cor. 1.

Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolat nos in omni tribulatione nostra.

Hymnus.

REx magne. Rex altissime, Virtutis ē Throno tuae Æternitatem partiens, Et Regna mundi transferens; **Q**uām sunt inaccessi tui Profunditates consili! Ut est procul cælum solo Arcana sic procul tua. **T**hrax en furoris fera. Qui virga diuini fuit;

Nunc ipse poenas acriter iussu tuo demens luit.

Sic corda, quando ceteris Cædem superbè detonant, Cæduntur, & casu suo Dei timorem prædicant.

Patri Deo sit gloria, Eiusque soli Filio, Cum Spiritu, qui perpeti Mundum regit custodia. Amen.

V. Non est similis tui in diis Domine. **R**. Et non est secun- dum opera tua.

Ad Benedictus, Antiphona.
Benedictus Deum cali, & coram omnibus viuentibus confitebimur ei, quia fecit nobis- cum misericordiam suam. **Ora-**
tio **D**eus, qui in summis. **vi su-**
prā ad Vesperas 49.

Ad Tertiam, Capitulum,

2. Cor. 1.

Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolat nos in omni tribulatione nostra.

R. b. Iusti decantauerunt, Do- mine, * Nomen sanctum tuum. Iusti. **V**ictricem manum tuam laudaueunt pariter. No- men. **G**loria. Iusti. **V**. Ador- bant sancti viuentem in sœcula. **R.** Et mittebant coronas suas ante thronum Dei.

Ad Sextam, Capitulum. Sap. 12.

OQuām bonus & suavis est, Domine, spiritus tuus in omnibus! Ideoque eos qui ex- errant, patribus cottipis; & de quibus peccant, admones & al- loqueris: ut relicta malitia, cre- dant in te Domine.

R. b. Adorabant sancti, * Vi- uentem in sœcula. Adorabant. **V** Et mittebant coronas suas ante thronum Dei. Viuentem.

Gloria. Adorabant. **V** Dignus

Officium Gratiarum actionis.

es Domine Deus noster. **R.** Accipere gloriam, honorem, & virtutem.

Ad Nonam, Capitulum.

Sap. 12. c

TV autem dominator virtutis, cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos: subest enim tibi, cum volueris, posse.

R. breue. Dignus es, * Domine Deus noster. Dignus. **V.** Accipere gloriam, honorem, & virtutem, Domine. **Gloria Patri.** Dignus. **V.** Ab insurgentibus in me exaltabis me. **R.** A viro iniquo eripies me.

In secundis Vesperis omnia ut in primis, excepta Antiphona ad Magnificat. Domine Rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita, & non est qui possit resistere voluntati tuæ, si decreueris saluare Israël.

DIE XV. OCTOBRIS.

In fete S. Hedwigis viduæ.
Duplex.

Ad Vesperas, Antiphona. Dum esset rex, cum reliquis ut in Communi nec Virg. nec mart.

Oratio.

DEUS gratiæ dator & gloriæ, tuæ nobis propitius finum pietatis aperi, & præsta, ut qui manentem ciuitatem h[oc] nō habemus, ad futuram, quam quaerimus, beatæ Hedwigis interueniente suffragio perducamus. Per Dominum nostrum.

In primo Nocturno, Lectiones. Mulierem fortem quis inueniet. de Communi nec Virg. nec martyris.

In ij. Nocturno. Lectio iiiij.

HEDWIGIS Bertholdi Marchionis Moraviae Comitis Tirolensis & Agnetis filia, sanctæ Elisabethæ matreterra, duodecimo anno Henrico

Longobardo Principi Poloniæ & Boëmia in matrimonium data; illud semper honorabile & immaculatum custodiuit, nullum ieiunium aut diem festum iudicans, quem castitatis merito non condiuisset. Nihilominus in summa castitate & continentia, facta est sicut vitis abundans in lateribus domus suæ, & filij eius sicut nouellæ in circuitu mensæ. Filios enim tres, totidemque filias viro suo protulit. Ex quibus Henricus fortia pro religione Christiana aggressus, & tamquam alter Iudas Machabæus, castra Dei contra Tartaros protegens, martyrij palmam promeruit. Filia Gertrudis virgo perpetua permansit. Fructu matrimonio Hedwigis quæsito, redditilque noualium fructibus, fessari ab opere connubiali incipit: eadem marito persuaderet. Fit spiritualis sponsatio in manu Pontificis, viuitur inter sponsos Angelica vita per annos virginio, non coram hominibus tantum, sed etiam coram Deo. **R.** Propter veritatem.

Lectio v.

PARAT deinde Hedwigis sedem futuræ castitati, amplissimum Trebnicense monasterium exstruit: filiam Gertrudem prius illuc præmitrit, magnos greges virginum sanctorum collegit: ipsa demum consequitur. In oratione diurna atque nocturna, nudis, etiam media hieme, pedibus asidua: in ieiunija, multis per totos quadraginta annos perseverauit: ita ut die Dominico, tertia & quinta Feria piscibus & lactariis tantum, Sabbato & Feria secunda aridis leguminibus, quarto & sexto die aqua & pane solo dimittat. vesceretur. Pedes pauperum, quos tredecim semi-

In festo SS. Benedicti, Ioannis, &c.

semper ubique secum circumduxit, lauit: vlcera eorum ligauit, captiuos redemit, subditos oppresos tutata est. Irata à nemine vimquam visa est, contenta ea obiurgatione, Deus tibi parcat.

R. Dilexisti iustitiam.

Lectio vi.

Non caruit diua Heduigis miraculorum ac prophetiarum spiritu & gratia: nam & duabus sanctimonialibus visum restituit: & duos recentes suspensos, magna omnium admirazione, ad vitam resucavit. Mortis item mariti sui tempus & rationem longè ante prædictis, & filij eodem modo: cuius exdem eo ipso quo casus est die in remotissimis partibus cognovit: & ipsa diem sui obitus multo prius præsentis & prædictis. Itaque priusquam mortbo graui correpta fuisset, sacramunctionem accepit. Sanctimoniales se ægram sine permissione superiorum inuisentes pepulit: nihil sanctum esse docens, quod cum obedientia maiorum suscepimus non esset. Priusquam moreretur, magna hilaritate Santos cum splendida luce ad se venientes salutauit. Mortua est die sancti Matthei hora vespertina, qua ieunia sua pane solo reficere solebat, anno salutis humanæ millesimo ducentesimo quadragesimo tertio. Ac post multis editis miraculis, in numerum Sanctorum à Clemente Quarto relata est. In eius Canonizatione mulier cæca visui restituta est.

R. Fallax gratia.

In tertio Nocturno, Homilia in Euangelium. simile est regnum cælorum thesauro abscondito. de Communi nec virginum nec martyrum.

DIE XII. NOVEMBRIS.

In festo SS. Benedicti, Ioannis, Matthei, Isaaci atque Christini quinque fratrum mattt. Duplex.

Ad Vesperas, Antiph. Omnes sancti: cum reliquis Antiphonis & Psalmis, de Communi plurimorum Martyrum. Oratio.

Sanctorum nos, quæsumus Domine, martyrum tuorum, Benedicti, Ioannis, Matthei, Isaaci, atque Christini gloriofa hodie na die trophae lætificant; quatenus eorum interuenzione, ad illam perueniamus hereditatem, in qua ijdem felices Angelorum cœtibus aggregati, tua semper Maiestatis petruuntur inestabili charitate. Per Dominum.

In primo Nocturno, Lectio de Scriptura occurrenti.

In ij. Nocturno. Lectio iiiij.

Benedictus, Ioannes, Matthæus, Isaac & Christinus fratres eremiti Poloni, post Episcopi Adalberti, cuius erant peregrinationis comites, necem, à Prussis multis contumeliis diuexati, & Prussiæ finibus electi, in maiorem Polonię redierunt. Et quo expeditiū humana contemnerent, & cælestia spectarent, in vastam solitudinem apud Casimiriam se receperunt: ibique calis, que singulos caperent, stramento ædificatis, non extraneorum tantum, sed mutuam etiam consuetudinem fugiebant. Miram Dei viris inerat abstinentia studium, cum aliqui eorum semel dumtaxat, alij qui paulò tenuioris erant valetudinis, bis in hebdomade oleribus & aqua, pane nonnumquam adhibito, se reficerent. De qua austerritate vietus, toto vita suæ tempore, præterquam die faciatissimo nra-

schæ, quoad vixerunt, nihil remittebant; vestibus, quas eis seris equorum sibi confecerant contenti. Quies non stratis mollioribus accersita, sed si quid dandum fuerat fessis corporibus, humi iacentes, lapidem capitibus subijciebant;

B. Sancti tui.

Lectio v.

Tanta autem erat sanctitatis eorum fama, ut Boleslaus Chabrus pius & sanctus, isque primus Polonorum rex, præsens eos accederet, eorum orationibus se & regnum suum commendaret, grandique pecunia obligata, liberaliter & regie sanctos donaret. Sed beati viri post aurum non abeunt, nec villam in pecunia thesauris reponentes spem, ut qui pro Christi nomine renuntiascent omnibus, est vestigio argentum regi, ut referat Barnabas, unus ex socijs, constituunt. Quod dum fit, ecce grallatores, qui cognouerant munificè à rege donatos, prima noctis vigilia adiungunt: sanctos fratres in Dei laudibus opprimunt; extra casas protrahunt: gladios intentant. Ferenda vobis quamcumque imposuerimus fortuna est, nisi quidquid vbi-cumque locorum argenti reconditum est, nostrum illico fuerit, minitantur. Quare aut pecuniam vltro exponite, vel si moramini, vitam cum sanguine profundite, Sancti multis obtestationibus, regi esse reportatam, confirmant; quin etiam tuguriora ut excutiantur, potestatem dant. **B.** Verbera carnificum.

Lectio vi.

Sæua auri cupiditas, vbi nihil minus extorquet, reliquum spei tollendæ pecunia in verberibus & supplicijs reponit. Deligantur fratres sancti ad pa-

lum, ignibus ad latera admotis exuruntur: deinde circa rotarum vertiginem adstricti diutissime verberantur: tota nox in crudelissima paupertatis sanctorum & innocentiarum supplicia expenditur. Denique cum omnes iam artes potiendi argenti tentare essent, nec successisset, ne quid inausum de concepta crudelitate relinqueretur, ab ijsdem latronibus, anno salutis humanæ millesimo quinto, pridie Idus Nouembris, in Dei laudibus constantissime permanentes trucidantur. Boleslaus nece sanctorum innocentia cognita, eamdem gratiam, quam præbuerat viuis, teruauit & mortuis: qui beatorum fratum corpora honorificentissima sepultura Casimiræ in maiori Polonia condidit. Barnabas superstes in eremum reversus, vitæ fratribus suorum mulus, assiduis orationibus, vigilis, ieunijsque addictus, paulò post sancto fine quieuit: & ipse pī Regis mandato ad fratres suos appositus, ut quibus in caelesti patria esset coniunctus, in terris eodem tumulo cum eis conditus quiesceret.

B. Tamquam aurum.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Euangeli secundum Lucam.

Lectio vii. Cap. 12.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Attendite à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ

Presbyteri.

Lib. 4. in Lucam, cap. 52.

De hoc fermento Apostolus præcipit: Itaque epulemur, non in fermento veteri, neq; in fermento malitiæ & nequitiae, sed in azymis sinceritatis & ve-

C 5 rita-

ritatis: Nam sicut modicū fermentum totam farinæ, cui iniicitur, massam corruptit, vniuersamq; mox consperionem suo sapore commaculat: sic nimum simulatio, cuius semel animum imbuerit, tota virtutum sinceritate & veritate fraudabit. Est ergo sensus: Attendite æmulemini simulatores, quia veniet profecto tempus, in quo & vestra virtus omnibus, & eorum reueletur hypocrisia.

R. Propter testamentum.

Lectio viii.

Verum quod sequitur: Quoniam quæ in tenebris dixisti, in lumine dicentur: non solum in futura, quando cuncta cordium abscondita proferentur ad lucem, sed & in praesenti tempore potest congruenter accipi: quoniam quæ inter tenebras quondam pressurarum carcerumque ymbreas vel locuti vel passi sunt Apostoli, nunc clarificata per orbem Ecclesia, lectis eorum actibus publicè prædicanter. Ne terreamini ab his qui occidunt corpus. Si persecutores Sanctorum, occisis corporibus non habent amplius quid contra illos agant; ergo superuacua furunt insania, qui mortua Martyrum membra feris auibusq; discerpenda projiciunt, cum nequaquam omnipotentiq; Dei, quin ea tesuscitando viuisceret, obsistere possint.

R. Hæc est vera fraternitas.

Lectio ix.

Duo autem sunt genera persecutorum: unum palam facientium, alterum fidei fraudulenterq; blandientium. Contra utrumque nos munire atque instituere volens Salvator, & suprà ab hypocrisi Pharisæorum attendere, & hinc à carnificum

cæde præcipit non timere: quia videlicet post mortem nec horum crudelitas, nec illorum valeat simulatio durare. Nonne quinq; passeres veneunt dipondio? Si minutissima, inquit, animalia, & quæ quodlibet per aëra feruntur volatilia, Deus obliuisci non potest; vos qui ad imaginem facti estis creatoris, non debetis terreri ab his, qui occidunt corpus: quia qui irrationabilia animalia gubernat, rationabilia curare non desinit.

Te Deum laudamus.

DIE XIX. N.O.V.E.M.B.R.I.S.

In festo S. Elisabeth viduz.

Duplex.

Omnia de communi nec Virginum nec martyrum, exceptis his quæ habentur propria.

Oratio.

Torum corda fideliū, Deus miserator illusta; & beatæ Elisabeth precibus glorioſis, fac nos prospera mundi despiceret, & cælesti semper consolatione gaudere. Per Dominum.

Commemor. S. Pontiani Papæ & martyris, Aña. Iste sanctus.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrenti.

In secundo Nocturno.

Ex Officijs proprijs festorum Ordinis fratrum Minorum.

Lectio iiiij.

Elisabeth Andree Regis Hungariæ filia, ab infancia Deum timere cœpit, & crescens aetate, crevit etiam deuotione. Hæc poste a Ludo- nico Landgrauio Turingiæ in coniugem copulata, et si ea quæ sui viri erant curaret, non minus quæ Dei sunt, sedula exequebatur. Nocturno namque tempore à latere virti surgens orationibus & genuflexionibus occupabatur; sive dum esset vir

vir in accubitu suo, nardus eius dabat sanctitatis odorem. Et licet exteriū indueretur regalibus, ne terreni viri oculos offendere videretur, interiū tamē sub cilicij tegmine cælestem sponsum gerebat absconditum. Diebus singulis pietatis officio dedita, viduis, pupillis, ægrotis, carcerum inclusis ergastulis, & egeritibus singulis singularia subuentio[n]is remedia ministrabat. Cuiusdam etiam pauperis, graui capitis languore correpti, quasi filii curam gerens, capillos eius manu tondebat propria, caput frequenter in pomarij secretō lauans, ut oculos fugeret ancillarum. Cum Teutoniam grauis vrgere inedia, captata viri absentia, domus suæ frumenta egenitibus erogauit.

¶ Propter veritatem.

Lectio v.

Postquam autem à lege viri soluta est, depositis gloriae sæcularis exuuijs, ordinem Pœnitentium beati Francisci ingressa, vilis tunicae decore vestitur; ac diuitiarum contempta iactantia, & generositate parentum, nobilissimis orta natalibus, se mundo fecit ignobilem, ut nobilitaretur in cælis: pro corona suscipiens cinerem, & cilicium pro fascia pectorali. Paliebant ora ieiunijs, abstinentiæ tenuitate confecta: & iam martyrem adhuc viuentem caro præmortua testabatur. Dum autem die quadam defixis in cælum oculis contemplationi vacaret, ut quasi de humanæ conuersationis consortio vide-retur abstracta; Dei Filium dulcem Iesum ad se inclinatum cælis patentibus vidit, inter alia sibi consolationis lenimen-

ta dicentem: Si tu vis esse mecum, ego ero tecum, & à te nullatenus separabor.

¶ Dilexisti iustitiam.

Lectio vi.

Tunc sumptibus proprijs noble hospitale cōstruxit ampla possessione dotatum; suaq[ue] pretiosa monilia, & grandem pecunia[re] quantitatem eidem loco liberaliter est largita. In quo receptam multitudinem pauperum corporali visitabat obsequio, affluenter eis necessaria subministrans, pedes eorum & capita incedibili humanitate lauando; & leprosorū vlcera, etiam aspectu horribilia, capitis sui velo mundando. Deinde propinquorum destituta suffragio, cafris & possessionibus ceteris spoliatur. Sed ipsa miserationis solitæ non oblita, lanamanibus operabatur & linū, de sui laboris impendio nudos, pauperum humeros vestitura. Cumque in his ac plurimis alijs sanctis operibus usque ad finem vita[re] perseverasset, domesticis suis prædicens obitum suum, Deo spiritum reddidit anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo primo, tertiodecimo Kalendas Decembri. Sacrum autem corpus ipsius, post sanctæ animæ separationem, statim coepit plurimis & maximis caruscare miraculis. Quibus auditis, & certa fide compertis, Dominus Papa Gregorius Nonus eam Sanctorum collegio annumerauit.

¶ Fallax gratia.


In iii. Nocturno, Homila in Euangeliu[m]. S imile est regnum cælorum thesauro abscondito, de Communi non Virginum.

Nona Lectio de S. Pontiano Papa & martyre, & in Laudibus commemoratione eiusdem.

AD POLONIAM.

NEdubites, limen cæli tibi, terra Polona,
Atque pijs natis posse patere tuis.
En tot cælestes Diuos, quos ipsa tulisti,
Vel quorum felix ossa beata tenes.
Hos imitare Duces, sacros venerare Patronos:
Haud procul à summo est ora Polona polo.





6.000,-

pp.

